Jahresbericht

des

Königlichen Preußischen

Gymnasiums

zu

Schleusingen,

bekannt gemacht

bei

der öffentlichen Prüfung und Schlußfeierlichkeit

zu Ostern 1848.

Praemittitur

Dissertatio de augmento Herodoteo.

Scripsit

Dr. G. Kloppe.

Schleusingen, 1848.

Dialecti Herodoteae misere olim deformatae et naturali suo nitore destitutae permultos novissima tempora tulerunt aestimatores, qui pro sua quisque condicione et exemplo aut iusta de Herodoti sermone composuerunt opera aut singulas quasdam partes perdiligenter illustrarunt. Et Sturzius quidem, ut taceamus veteres*), ea, quae de dialecto Herodoti Maittaire, Reitz. (de gr. ling. diall.) gnaviter collegerant, amplianda ac digerenda curavit. Qui quamvis hanc disciplinam aliquantum exornaret atque promoveret, tamen neque inveteratas opiniones prospero utique successu depulit et vera falsis parum religiose miscuit, ut, quam rationem et viam scribendi iure sequaris, frustra quaeras. Plus lucis et ornamenti his studiis attulerunt Schweighaeuserus et Gaisfordius, quamquam neuter aequa lance has litteras pensitavit. Anglus enim ille codice manuscripto Sancroftiano omnium longe praestantissimo, ita tamen comparato, ut variis turbis fuerit commaculatus, denuo collato dialecti Herodoteae restitutae vindicis nomen quodam sibi modo sumpsit. Sed ad anceps emendandi periculum quum haud semel prosiluerit, unius duntaxat libri auctoritatem cupide et ambitiose amplexus ceteris inique neglectis, haud pauca turbavit. Sic non sine studio praeoccupavit fidem codicis *S.*, ut virum doctissimum vehementer mireris permultis in locis hunc librum, quem sequi debebat, prorsus despicatui duxisse, veluti in scriptura vocabuli εἴκοσι, quod *S.* I, 121. 122. 130. 134. II, 175. 176. all. recte tuetur. Neque in litteris aspiratis recipiendis delendisve probabilem rationem tenuit. Nimirum cod. *S.* aspiratas exhibet hisce locis: I, 79. ἀφ' ἵππων. I, 80. ἀφελών (sic etiam *F. a. c.*). I, 121. καθίσαι. II, 35. καθήμενοι. II, 37. ἀντικαθίστανται. II, 104. ἀφήκει. II, 116. μεθῆκεν. IV, 66. ἀποκαθέαται. V, 35. ἀφαιρεθήσεσθαι (cum *V.*). VII, 8. ἐφέπουσι. VII, 150. καθῆσθαι. VII, 226. ἀφίωσι (cum *V.*). IX, 90. καθέατο, et si quid e Gaisfordii silentio colligere liceat, I, 39. μέθες. I, 45. καθῆστο. I, 77. ἀφείς. I, 206. ἄφες. II, 73. καθότι. II, 114.

*) Cf. Bredov. quaestt. critt. de dial. Herodot. libr. IV. Lips. 1846. p. 3 sqq. Lhardy, quaest. de dial. Herod. cap. primum. Berol. 1844. p. 3.

ἀφελώμεθα. V, 106. ἄφες. VI, 23. περιεκαθέατο. VIII, 49. ἀφεῖτο (ἀφεῖται *a. b.* Ald.). — Contra idem cod. aliis libris MSS. discrepantibus tenues praebet I, 121. ἀπαμμένους (cum *V. R.* Paris. ἀφ. *M. K. F.*). III, 65. ἀπαιρεθῆναι (cum *V.* ἀφ. *P. K. F.* ὑπαιρ. vulg.). VI, 30. ἀπῆκε (cum *V.* ἀφ. vulg.). IX, 106. ἀπεῖναι (cum *V.* ἀφ. *F.* Ald.). Iam vero Gaisfordius multis locis aspiratas expellere religioni duxit, I, 39. μέθες (sic Matth. Baehr., μέτες Schaef. Dindorf. Bekk.). I, 45. καθῆστο (κατ. Schaef. Schwghs. Dind. Bekk.). I, 206. ἄφες (cum Matth. Bhr. ἄπες Schaef. Dind. Bkk.). II, 114. ἀφελώμεθα (cum Matth. Bhr. ἀπ. Schaef. Dind. Bkk.). V, 106. ἄφες (c. Matth. Bhr. *P. K. F.* al. ἄπες Schaef. Dind. Bkk.). VII, 193. ἀφήσειν (sic vulg. Solus Dind. recte ἀπ.). VIII, 49. ἀφεῖτο (vulg. ἀπ. Dind. Bkk. ed. II. coll. Lhardy, quaest. de dial. Herod. cap. pr. p. 18. n. 15.). — At vero se ipse oppugnavit et vineta sua, ut aiunt, cecidit revocatis litteris tenuibus I, 77. ἀπείς (sic *a.*). I, 80. ἀπελών (ἀφ. *F. S. a. c.*). III, 65. ἀπαιρεθῆναι (*P. K. F.* ἀφ.). V, 35. ἀπαιρεθήσεσθαι (ἀφ. *V. S.*). VI, 23. περικατέατο (vulg. περικαθ.) VI, 30. ἀπῆκε (cum *S. V.*). VII, 8. ἐπέπουσι (ἐφ. *S.*). VII, 150. κατῆσθαι (καθ. *S.*). VII, 212. κατήμενον (καθ. *K.* Steph. marg.). VII, 226. ἀπιέωσι (sic vulg. ἀφίωσι *S. V.* ἀπίωσι Dind.). VIII, 22. ἀπίστασθαι (ἀφ. edd. vett.). VIII, 70. ἀπέντες (ἀφ. *F.*). VIII, 110. ἀπικνεομένοισι (ἀφ. *F.*). VIII, 140. ἀπιείς (ἀφεἱς *F. a. d.*). IX, 18. ἀπήσοντες (ἀφ. *F.*) ibid. ἀπῆκε (ἀφ. *F.*). IX, 90. κατέατο (καθ. *S.*). IX, 106. ἀπεῖναι (ἀφ. *F.* Ald.). IX, 111. μετέντα (μεθ. al. codd.). Recte hic quidem Gaisfordius, modo ne lectiones, quas invicem se rescindentes nemo facile ferat, ex arbitrio arripuisset. Hanc vero qualemcunque inconstantiam quominus longius premamus, obstat quum animus tum circumscriptus dissertationis ambitus. Ceterum ad Gaisfordii commentarios infra, uti par est, saepius recurrendum nobis est. — Qui deinceps sequuntur harum rerum critici, omnium fere primus Struvius subacti iudicii vir conscripsit quaestiones de dial. Herod. a. 1828—1830, ab omnibus, qui hoc litterarum genus callent, plausu exceptas. Baehrius quidem, qui res ab Herodoto enarratas laudabiliter perlustravit, licet mole sua laborent commentarii, perpaucis tantum locis medelam feliciter paravit et ut Gaisfordio saepius institit accusator gravissimus, ita male cavit, ne circa multa peccaret. Data occasione Matthiae et Apetzius emendandi pericula fecerunt, ad inchoandum satis, ad edocendum parum. Nam non nisi modicis tironum usibus hi providere voluerunt duumviri. Verum enim vero ex istis virorum doctorum studiis, quum sapienti rectore carerent ac plerumque citra codicum exempla ad avia aleae plena deflecterent, solida et robusta emendandi ratio neutiquam fluere potuit. Etenim si quid aliud, codicum vestigiis accuratius insistendum erat, ut ex principiis ad summa perveniri posset, ne thesauri iamiam parati et veluti in procinctu squalerent situ ac rubigine. Cuius rei bene gnarus Lhardy ad codicum auctoritatem se finxit, ita tamen ut a caeca corrigendi temeritate animum bene temperaret. In lucem enim hic quaestionum de dialecto Herodoti capita duo emisit, quorum in priori a. 1844. (Programme du collége royal franç. Berlin.) augmentum temporale pertractatur, in altero (a. 1846. ibid.) de

formis contractis verborum in $\overline{\alpha\omega}$ exeuntium, annexa quaestiuncula de augm. syllabico, disputatur. Ac profecto Lhardyo debetur laus formarum Herodotearum, quas percensendas sibi sumpsit, ad rationem ionicae dialecti optime redactarum. Reperiuntur sanequam in his, quae nobis improbentur, maximam tamen partem nactus est nos patrocinantes. Atque disserendi videmus eum gravitate commovisse Bekkerum, qui in altera Herodoti editione, quam a. 1845. in lucem edidit, ad Lhardyi praecepta tacita comprobatione textum, qui dicitur, refigeret. Quo anno Lhardyi commentatio prior vulgabatur, eodem G. Dindorfius Herodotum novis curis politum edidit (Paris.) editionique commentationem de dialecto Herodotea praemisit. Quos inter fines opus se suum continere voluerit, ipse professus est hisce verbis p. III: „Mihi enim nihil aliud nunc propositum fuit quam ut tirones qui ad Herodoti lectionem accederent probabili huius dialecti scientia imbuerem moneremque ut ab superstitiosa sibi caverent reverentia codicum, quorum auctoritate sola qui regi iudicium suum patiuntur perinde faciunt ac si quis tesserarum iactu decernendum esse contendat quibus quoque in loco vocabulorum formis usus esse putandus sit Herodotus." Infitias non ibimus Dindorfium huic litterarum generi stabiliora fundamenta subiecisse ac novam studiis dialecti Herodoteae praemunivisse viam. At vero in ista codicum offensione quum iusto sit longius progressus, parum sibi constitit, et dum incredibilem librariorum temeritatem, qua illos in codices ait saevisse, graviter taxat, ad interpolandum vel ipse interdum confugit. Quae in Dindorfium ne malignius pronuntiasse neve eius operam ingrato animo interpretari videamur, postea exemplis in medium prolatis nobis erit comprobandum. Kruegerum quod attinet, sermonis ille Herodotei corruptelas passim indagavit (*Griech. Sprachl. Th. II. Hft. I.* 1844.*), verum neque ad ipsa mendorum cubilia descendit et Bekkeri auctoritate animum onerari suum passus est. Iam vero silva illa discrepantis scripturae a Gaisfordio aliis coacervatae, quam rimari Dindorfium piguisse videtur, tanquam in derelicto solo adhuc iacuit; quam falce critica amputari iamiam paene religiosum fuit. Perdifficile sane et arduum opus, cui sustinendo et laudabiliter profligando nemo profecto par habeatur, nisi qui subsidiis paratis uti sciens observationes in corpus disciplinae perpetuum et concentum dirigere calleat. Ahrensio quidem viro summi iudicii et elegantiae, qui his in litteris totus est ac paene habitat, fatale est, ut curis molestiarum plenis, quas mala valetudo augere videtur, ita distineatur, ut spem et exspectationem sospitatoris ionicae dialecti adhuc implere non potuerit. Nuperrime autem dialecto Herodoti laetior affulsit lux. Nimirum F. I. C. Bredovius Berolinensis**) fortuitas illas copias ad criticam artem redegit et fundamentum textus

---

*) Editio II. a. 1846. multis locis bene emendata est. cf. §. 7. 2. a. 2. §. 10. 5. a. 5. §. 15. 2. a. 4. §. 15. 7. a. 2. §. 17. 4. a. 7. §. 18. 1. a. 1. §. 25. a. 6. §. 28. 4. a. 4. 5. 6. §. 31. 4. a. 12. §. 38. 2. a. 9. all.

**) Quaestt. critt. de dialecto Herodotea libri quattuor. Scripsit Ferd. Iul. Caes. Bredovius, Lips. 1846.

calculis singulatim subductis struxit. Itaque iustam comparavit supellectilem adiuncta semper accurata MSS., ut habeas, quod in criticis id genus quaestionibus fidenter sequaris. Ac plurima vitia nunc dissimulata nunc negligenter perlata ab eo refringuntur multique loci afflicti bene sanantur. Quamquam his virtutibus offecit aliquantum prolixior quaedam verborum copia, qua singula quaeque latius diducuntur. Haec potius premenda quam dilatanda erant, ut verbis definitis partes facilius dispici possent. Opportunitas, si quid auguror, disputandi virum doctissimum videtur provocasse, ut doctrinam non vulgarem effunderet.

His adumbratis consentaneum est ut consilium persequamur de augmento Herodoteo disputandi. Quod ne post illorum virorum lucubrationes supervacaneum videatur, libere profitebimur nos modestiam recognitionis tuituros esse, ut quid in suo quisque genere praestiterit quidque e nostris studiis accesserit, appareat.

CAPUT I.

DE AUGMENTO SYLLABICO.

Huius rationem breviter exposuit Dindorfius p. XXI. ed. Paris., copiosius pertractavere Lhardy de form. contr. verb. in $\overline{\alpha\omega}$ exeunt. p. 28—32. Bredov. quaestt. critt. de dial. Herod. p. 285—289. Optimo hi iure proscripserunt *νόεε* I, 155., reservatum a Gsf. Matth. Bhr. ex M. Steph. (*νόε* Ald.); *ἐνόεε*, quod recte exaratum in codd. *P. F. a.* (*ἐνενόεε K.*), posuerunt Schaef. Bkk. (1. 2.)*) Dind. Damnatur ab iisdem *ἐξαναχώρεε*, pro quo legitimum *ἐξανεχ.* restituendum I, 208. (*ἀνεχώρεε a. c.*). *ἐξαναχώρεε* intactum male reliquerunt Matth. Bhr. Bkk. (1. 2.), sanavit solus Dindorfius. Multis in locis huc spectantibus, quos Dindorfius non adscripsit, enotatur scripturae discrepantia. Attamen libri potissimi prudenter emendandi viam praemunivere. Sic I, 11. *γεγόνεε* male positum a Schaefero codd. *B. a. c.* freto, *ἐγεγόνεε* bene revocatum a Gsf. Matth. Bhr. Bkk. (1. 2.) Dind. Mireris igitur Bhr. Bkk. (1. 2.) spurium illud *γεγόνεε* I, 207. scripsisse coll. Bredov. p. 320. Lhardy p. 28. et p. 30. Dindorfius I, 207. addicentibus *b. d. S.* *γέγονε(ν)* assumpsit, non improbandum, quum contextus ratio huic scripturae favere videatur. — I, 12. *μετίετο* Gsf. Matth. Bhr. Bkk. (1. 2.) Dind. recte (*ἐμετίετο M. F.*?), cf. Bredov. p. 317. Baehr. not. crit. l. c. — I, 89. *δῶκαν* pessime dedit Gsf. nimio cod. *S.* studio, quocum Ald. concinit, *ἔδωκαν* cum *F. a. c.* reliqui edd. — I, 82. *ὑπολίποντο S.* *ὑπελείποντο F. c. d. e.* *ὑπελίποντο* all. Omnes quod sciam editores *ὑπελείποντο* exarandum curarunt. — I, 211. *δαίνυντο* Gsf. male ductus testibus *S. b. d.* *ἐδ. F. a. c.* (*ἐδαίνυνντο K.*). *ἐδαίνυντο* post Gsf. omnes deinceps edd. — II, 52. *ποιεῦντο* pessime *F.*, vulg. *ἐπ.* — II, 112. *διαιτήθη*, sic bene *R. F. a.* edd. vett. *ἐδ.* perperam *S.* A more Atticorum his in

*) Editiones Bekkeri signavimus (1. 2.).

formis augmentum ponendi abhorruisse Herodotum iamiam commonstravit Lhardy, de augm. p. 12. coll. Bredov. p. 319. Bhr. not. ad h. l. Krueger. *Gr. Spr.* I, 1. p. 100. adn. 13. II, 1. p. 74. N. 4. n. 1. Itaque non auditi sunt editt., qui hic et alias augmentum praefixerunt. — II, 131. φαίνοντο, quod *V.* exhibet, Gsf. non debebat pro ἐφ. vulg. (φαίνονται *S.*) recipere. — III, 13. πεποίησαν depravate *S.*, vulg. ἐποίησαν. — III, 48. συνεπιλάβοντο parum caute Schaeferus auctore *S.*, συνεπελ. vulg. — III, 51. ἐκδέκοντο, quod in cod. *F.* irrepsit, ab edd. iure nihil curatum est. — III, 83. προεκέατο (*M. P. K. F.*) o. edd. recte (προσεκ. *S.*, προσκέατο vitiose Ald. c.). — IV, 140. δίζηντο (*S.*), iure neglectum ab edd., qui ἐδίζηντο posuere. — IV, 167. ὑποδεκέατο *S. V.* Paris. et Schwgh. Gsf. Bhr. Bkk. (1. 2.). Quos id male scripsisse persuasum habeo. Etenim *M. P. K. F.* ὑπεδέκοντο exhibent, quod recipere non dubitavit Dindorfius. Aldo duce Matth. ὑπεδεκέατο exaravit, neque haec forma Bredovio p. 330. displicere videtur, in numero eam imperfectorum in εατο desinentium collocanti. Utrum ὑπεδεκέατο an ὑπεδέκοντο sit praestantius, in medio videtur relinquendum, quamquam ὑπεδεκέατο nescio an magis ionice sonet. — V, 78. προθυμέετο mendose *S. V. F.*, propagatum a Schaef. Gsf. Matth. Bhr. Neque melius προὐθυμέετο Wessel. all. Nam in verbis cum praepositione πρό compositis Iones augm. syllabic. cum praeposit. non contraxisse inter omnes satis constat. cf. Bredov. p. 191. p. 288. Dind. comment. p. XXI. Itaque προεθ. recte *P.* et Dind. Bkk. (1. 2.). Quare reprobandum est προθυμέετο IX, 37. (*F.*), et πρόσβαινε VI, 75. (sic Gsf. Matth. Bhr.), item προύβαινε, quod Bkk. (1. 2.) edidit; προέβαινε emendavit Dind. — V, 83. δηλέοντο ab Eustath. Il. p. 70, 20 = 53, 9. citatur, quem egregie falli in promptu est, ἐδ. o. edd. et *S.* — V, 89. ἐπιτέλεον male *S. V.* Schaef. ἐπετέλεον nullus post Gaisfordium editor respuit. — VII, 29. ξείνισας per nefas in libr. *S.* invectum mirum est quod Schaeferus ne primo quidem obtutu detexerit. — VII, 54. παρασκευάζοντο male coniecit Gsf. (*M. P. K. F. b.* παρασκευάζετο). παρεσκευάζοντο Ald., in qua lectione recte conspirant Dind. Bkk. (1. 2.). Ceterum calamo lapsus est Bredovius p. 288., qui *M. P. K. F. b.* παρασκευάζεται suppeditare adnotavit. Illud saltem testatur Gaisfordius. — VII, 177. ἐμφαίνοντο solemni librariorum (*M. K.*) aberratione. ἐφαίνοντο *S. V. P.* Par. Ald. probaturque Gaisfordio ac reliquis edd. — VII, 209. παρασκευάζοντο temere innovavit Schaef., ὅτι παρασκευάζοιντο vulg. Non spernendum videtur παρεσκευάζοντο, quod *S.* subministrare dicitur. — VIII, 78. περικυκλέοντο oscitantis est librarii (*F.*), περιεκ. satis fulcitur auctoritate codd. *M. P. K.* Sic edd. (Ald. περιεκυκλοῦντο, quam contractionem sermo Herodoti non patitur.) — IX, 64. ἐπιτελέετο, quod in *S. V.* exstat, male perlatum a Schaef. Gsf. expulerunt favente *F.* Wessel. Matth. Bhr. Dind. Bkk. (1. 2.). — IX, 117. ἐπιγίνετο epicis condonandum, non Herodoto, quod cum *K. P. F.* immerito amplexi sunt Schaef. Gsf., ἐπεγίνετο Dind. Bkk. (1. 2.), ἐπεγένετο Matth. Bhr. (sic *S.*). — Iuvat hic addere duos locos Hippocrateos, quos persanare haud magni operis est, ut mireris talia editores fugisse. Kuehnius enim T. I. p. 27. ἀποτέ-

λεσαν et T. II. p. 122. ἔμψανσεν scripsit, quae in ἀπετέλεσαν, ἐνέψανσεν mutanda esse extra omnem dubitationem positum est. Numne alia id genus vitia apud Hippocratem legantur, viderint alii. Credo equidem non defutura; nam dialecti deformitas medicos scilicet nihil pungit. In Boeckhiano corpore inscriptionum graecarum, quatenus id raptim pervolvere licuit, nihil repperi, ex quo praesidii aliquid Herodoto peteretur. Nam quae in eodem exempla augmenti syllabici omissi leguntur, ex metri ratione excusationem habent neque ad prosarium genus spectant. Quo in usu futurae sint inscriptiones Rossianae, equidem nescio; nam oculis ut eas perlustrarem, mihi non contigit.

In plusquamperfecti formis utrum augmentum ponendum an sit resecandum, liquido pronuntiare non audet Lhardy p. 31. de form. contr. verb. in ᾱω̄ ex. Variatur enim saepius inter utramque formam, ut et Bredovius p. 289. vix certo dici posse censeat, utri utra sit praeferenda. Verum si quis codicum vestigia pressius sequatur, non observabit nisi in formis quibusdam cum praepositione compositis augmentum neglectum esse. Cuius rei quid causae fuerit, quamvis lubrica sit res libere profiteri, videtur tamen, si quid sapio, in ionici sermonis mollitie augmentum facile excidere potuisse. Utut vero res sese habet, augmentum ubicunque librorum melioris notae auctoritate nitatur, exsulare iubere noluerim. Loci autem, qui addubitantur, sunt hi: I, 11. et I, 207. ἐγεγόνεε; vide supra. — I, 84. ἀναβεβήκεε *K. F. a. c. d. e.* et Gsf. Dind. Bkk. (1. 2.) ali. (ἀναβέβηκε *S.*). — Cf. VII, 6. ἀναβεβήκεσαν n. var. VII, 40. παραβεβήκεε e coniectura Matth. Bhr. Dind. Bkk. (1. 2.), libri (*S. V. K. P. F.*) et Gsf. παραβέβηκε. — I, 77. ἐννένωτο adoptatum a Dind. Bkk. (1. 2.) codicibus ἐνένωτο, ut videtur, exhibentibus (sic Gsf. Matth. Bhr.). Forma ἐννένωτο offenditur Lhardy p. 30., qui verbum ἐννοέεσθαι Herodoto abiudicat. Idem ille statuit VII, 206. proque ἐννένωντο legi vult ἐνένωντο. Editores hos locos multifaria medicina sanare conati sunt. Ac Gaisfordius quidem cum Bhr. scripsit ἐνενῶντο (ἐννέωντο *P.* ἐννενῶντο *a.*), Matth. Schaef. ἐνένωντο, Schwgh. ἐνενόωντο (*F. b.*), ἐννένωντο Dind. Bkk. (1. 2.). Cum Dindorfio et Bekkero facere maluerim quam accedere ad Lhardyi sententiam, quum minime sit exploratum Herodotum ignorasse vocabulum ἐννοέεσθαι. Haec autem quam collaudavi scribendi ratio efflagitat, ut etiam VII, 206. διενένωντο retineatur cum Schaef. Bhr. Matth. Dind. Bkk. (1. 2.) pro διενενῶντο (Gsf.), vel pro διενενόωντο (*F. b.* Schwgh.), nisi forte διανένωντο rectius ponatur. — I, 94. δεδούλωντο Gsf. Dind. Bkk. (1. 2.) cum *K. V. S. F. b. d.* edd. vett. Solus Matth. ἐδεδ., quod procul dubio praeferendum est. — I, 119. κέκλετο perperam Gsf. cum *F.*, ἐκέκ. Ald. *S.*, non tentatum ab recentioribus edd. — I, 122. κεχωρήκεε male *b. d.* edd. vett. Matth. Sensui verborum apprime quadrat κεχώρηκε (*S. a. c.*), receptum a Schaef. Gsf. Dind. Bkk. (1. 2.), κεχώρηκεν *F.* — I, 165. τετελευτήκεε n. var., quod ut in ἐτετ. mutetur, suadet V, 39. ἐτετελευτήκεε n. var. — I, 180. τετείχιστο *S.*, cui credere non debebant Gsf. Bhr. Dind. Bkk. (1. 2.), ἐτετ. Matth. — I, 181. τετείχιστο *F.* et

Gsf. Schwgh. Bhr. Bkk. (1. 2.); ἐτετ. vulg., quod Matth. Dind. recte receperunt. Hic quidem parum constanter, nam in loco modo citato augmentum delevit. — I, 183. κεκόσμητο *F.* et Gsf. Bhr., vulgo κεκόσμηται, quod verborum nexui optime convenit. — I, 209. καταλέλειπτο n. var., quam ob rem VIII, 88. καταλέλειπτο cum *V. S.* et Gsf. Schaef. Matth. Bhr. Bkk. (1. 2.) retinendum est. Dindorfius inconstanter κατελ., nam I, 209. καταλ. dederat. Male idem VII, 70. κατελέλειπτο recepit, Gsf. Schaef. Matth. Bhr. Bkk. (1. 2.) recte καταλ., satis amplis testimoniis firmatum (*S. V. F.*). — II, 52. νενόμιστο Ald. all. iamdudum mutatum in νενόμισται, quod *R. M. K. S. F.* Paris. exhibent. — II, 156. ἐμπεφύκεσαν vix recte *F.*, quum loci ratio perfectum ἐμπεφύκασι postulet. Sic post Gaisfordium o. edd.; ἐμπεφύασι *V. S.* — III, 42. καταλελαβήκεε optimi libri (*K. P. F.* Paris.) et o. edd. (καταλελάβηκε *S.*). — III, 61. καταλελοίπεε o. edd. (καταλέλοιπε *S.*). — III, 156. πεπόνθεε vett. edd. probatum a Werfero Actt. phill. Monac. I, 2. p. 240. receptumque a Dind. Bkk. (1. 2.) verum Herodoteum esse negamus cum Lhardyo p. 30. Codd. praestantissimi *S. V. M. P. K. F.* Paris. in augm. praefixo consentiunt. Accedit, quod III, 74. ἐπεπόνθεε ad unum omnes codd. praebent. Hoc nostro in loco posuerunt Gsf. Bhr. Matth. — V, 2. ἐντέταλτο a nullo editore tentatum (ἐνετ. *K. F.*). — V, 34. καταδεδαπάνητο *S.*, quem ducem secuti sunt Schaef. Gsf. Matth. Bhr. Dind. Bkk. (1. 2.). Immerito Wessel. augmentum adiecit (κατεδαπάνητο incuriose *F. c.*). — V, 51. ὑποδέδεκτο *M. P. K.* et Gsf. Bhr. Bkk. (1. 2.), ὑπεδ. *F. S.* all. et Matth. Dind. Illud quidem suspectant ἀπεδέδεκτο, quod ter III, 88. III, 157. (*S. V.* ἀπεδέκετο, *d.* ἀπέδεκτο). IV, 132. legitur et κατεδέδεκτο VII, 215. n. var. cf. Lhardy p. 30. de form. contr. verb. in $\overline{\alpha\omega}$ ex. — V, 67. πεποίητο ex auctoritate duorum codicum a Wesselingio allatorum scripserunt Gaisf. Dind. Bkk. (1. 2.). Immerito. Nam quum *F.* Paris. ἐπεποίητο praebeant, tum haec forma novies (cf. Lhardy. p. 29.) sine ulla librorum discrepantia legitur. — V, 96. δέδοκτο unus *F.*, quem obsequiosius audiverunt Gsf. Bhr. Bkk. (1. 2.), ἐδέδ. recte Matth. Dind. — VI, 51. τετίμητο, codicis *b* lectio iure damnata, quum vulg. τετίμηται nihil offensionis habeat. — VII, 10. ἐπιτέτραπτο *P. F.* Schaef. Gsf. Dind. Bkk. (1. 2.), quod nobis quoque arridet; Matth. Bhr. auctore *S.* ἐπετέτρ. — VII, 74. ἐνδεδύκεσαν *S.* Gsf., quem exceperunt edd. recentt.; ἐνεδεδ. *M. P. K.* — VII, 125. πεπειρέατο Dind. Bkk. (1. 2.), ἐπεπ. Gsf. Bhr. Matth. Librorum varietatem a Gaisfordio video annotatam nullam. Ceterum ἐπεπειρέατο restituendum esse nemo dubitabit. cf. Lhardy. p. 30 sq. πεπειρέατο tacite agnoscit Bredovius p. 329. — VIII, 93. παρακεκέλευστο Gsf. Matth. Bhr. Bkk. (1. 2.); παρεκεκ. Dind. faventibus *S. V.* Ii recte mihi fecisse videntur, qui augmentum omiserunt. — VIII, 95. παρατετάχετο n. var. Praestat forsitan scribere παρετετάχατο. Nam ἐπετετάχατο VII, 85. VII, 87., διετετάχατο I, 80., προσετετάχατο I, 192. II, 175. VII, 65. VII, 70. e codicibus satis praesidii habent. — VIII, 111. περικατέατο *S.* et Schaef. Gsf. Bhr. Matth. Bkk. (1. 2.) recte, περιεκ. Wessel. Dind. conf. Bredov. p. 317. p. 329. Neque IX, 90. ἐκατέατο illotis librariorum

manibus non debetur. κατέατο exaratum a Gsf. Schaef. Matth. Bhr. Dind. Bkk. (1. 2.) praemunitur codd. *P. K. F. a. b. c.* Lapsus est librarius codicis *S.* καθέατο plagens. Nam in talibus nullus est apud nostrum aspiratis litteris locus. — VIII, 146. κατακέκριτο Schaef. Gsf. Bhr. Matth. Dind. Bkk. (1. 2.), quam lectionem *S. V. F.* muniunt; κατεκ. Ald. Wesseling. — IX, 22. ἐνδεδύκεε, quod *S. V.* suppeditant, Schaef. Gsf. Matth. Bhr. Dind. Bkk. (1. 2.); ἐνεδ. edd. vett. — IX, 50. ἀποκεκλέατο. Gaisf. Matth. Bhr. Bkk. (1. 2.). Sic libri *S. V.* Ald., ἀπεκ. *M. P. K. F. a.*, quibus obtemperavit Dindorfius. Prius mihi praestabilius videtur. — IX, 74. δέδοκτο, quod Gaisfordius nescio qua nisus librorum fide invexit, provulgatum a Matth. Bhr. Bkk. (1. 2.), ex codd. *S. V.* restituit Dind. in ἐδέδοκτο.

In formis iteratis Herodotum augmentum omisisse amplissimos testes habes codices. Hoc de formarum genere quum Dindorfius comment. p. XXIV. Lhardy p. 10. de augm. temp. p. 28. de form. contr. verb. in $\overline{\alpha\omega}$ ex. Bredov. p. 285 sq. plurima docte disputaverint, perpauca monuisse satis habeo. Etenim libri VII, 5. fluctuant ποιεέσκετο inter et ποιέσκετο. Illud quidem nititur exemplis librorum *b. c. d.*, hoc ex codd. *M. P. K. F.* fluxit. Pari modo VII, 119. dissident inter se codices; nam *F.* ποιέσκετο, alii ποιεέσκετο suppeditant. Utroque loco Bkk. (1. 2.) alterum ε exturbavit. Dindorfius, qui ποιέσκετο corruptum esse autumat, id VII, 119. non delevit. Iam vero quum I, 36. ποιέεσκον, IV, 78. ποιέεσκε omnium librorum consensu stabiliatur, cum Bredovio alterum ε male extusum fac restituas. Amanuensium illitteratorum procul dubio est ἀπαίρεσκον I, 186. (*M. K. F. a. c.*), quod Dind. Bkk. (1. 2.) scripserunt, ἀπαιρέεσκον Wessel. Bhr. Matth. Gsf. Molestam hanc vocem resecari iusserim et, si quid ponderis constans ille Herodotei verbi ἀείρω (ἐπαείρω, ἐξαείρω) usus habeat, reponi ἀπαείρεσκον, cui formae faventem video Bredovium p. 193. coll. Lobeck. Ῥηματικ. p. 138. Ante Dindorfium ἤχεσκε IV, 200. (non IV, 130., quod ex errore, ut videtur, typographico ortum legitur apud Bredov. p. 286.) locum haud bene obtinuerat, nam ἠχέεσκε scribendum videtur. cf. Bredov. p. 286. Nihil novi attulit Kruegerus (*Gr. Spr.* II, 1. p. 83. n. 2.). Omnium primus Bkk. (1. 2.) ἐσπέμπεσκον I, 100. correxit pro vitioso ἐσεπέμπεσκον, quem iure secutus est Dindorfius. ἄρδεσκε autem II, 13. (apud Bredov. II, 3. male scriptum) et III, 117. praemunitum codd. *M. K. P.* al. contra aliorum librorum lectionem ἀρδέεσκε defendendum videtur, cuius ut sinceri et integri patrocinium video a critico suscipi nullo.

Dicere solitum nostrum ex more veteris Atticismi (vide quos laudavit Bredovius p. 287., quibus addas Walz. rhett. Gr. Vol. II. p. 365. Krueger. *Gr. Spr.* I. p. 98. n. 4.) ἔκτημαι, ἐκτῆσθαι, et quae inde descendant aliae formae, pro certo habet Bredovius p. 287. rescribique vult II, 173. ἐκτημένος, II, 174. ἐκτημένοισι, VII, 27. ἐκτημένος, VII, 29. ἔκτησο vel iniquis libris. Nihil in his prius mutare audet Lhardy p. 32. de form. contr., quam aliquid certi e codicibus traditum fuerit. Equidem Bredovium arbitror vere sensisse, nam his quattuor locis κ per fraudem praefixum fuisse alia multa

exempla, quae extra controversiam posita sunt, satis opinor arguunt. Utrum Hippocratea κεκτημένον T. I. p. 17. K. κέκτηνται I. p. 82. κεκτημένοι et κεκτημένοισιν I. p. 562. κεκτημένους I. p. 563. κεκτημένοισιν I. p. 569. κεκτημένον I. p. 613. κεκτῆσθαι T. II. p. 290. alia pro exploratis venditari possint an in alteram partem corrigenda videantur, in pessima librorum Hippocrateorum condicione praedicare non sustineo. — Assentiendum est Lhardyo p. 31. de form. contr. et Bredovio p. 289 sq. (Dindorfius raptim rem attigit s. v. δύνασθαι), verba δύνασθαι, βούλεσθαι et μέλλειν syllabico tantum augmento apud Herodotum instruenda esse. Ac libris quidem omnibus consentientibus ἐβούλετο, ἐβούλοντο, ἐβουλέατο scribitur. Ἤμελλε VIII, 86. e solo cod. *S.* enotatur, quod iam dudum suum vidit correctorem. Mendose Matth. I, 10. ἠδύνατο, praecedente Gaisfordio, quem ducem ille male secutus est, IV, 110. ἠδυνέατο. IV, 185. ἠδυνέατο. IX, 70. ἠδυνέατο. Nihilominus Matth. IX, 103. ἐδυνέατο vel contra fidem librorum *S. V.* et VII, 106. ἐδυνάσθησαν (ἠδ. *S.*) recepit, recte quidem, sed citra veniam cauti editoris. Dind. et Bkk. (1. 2.) ubique in scriptura ἐδ. consentiunt. Intelligentes iudices mecum facturos spero apud Hippocratem corrigente ἐβουλήθησαν T. I. p. 9. K. ἐδύνατο I. p. 30. p. 31. p. 426. p. 433. p. 572. all. Nam ἐδυνήθησαν T. I. p. 626., ἐδύνατο p. 160. al. vetus est et contestata scriptura.

CAPUT II.

DE AUGMENTO TEMPORALI.

Omnium accuratissime de hoc Lhardy quaest. de dial. Herod. cap. pr. 1844. et Bredovius p. 290 — 319. disseruerunt, suo uterque usus iudicio et proprietate disputandi. Lhardy enim sollers homo hisque litteris optime tinctus hanc rem pro virili parte iam enucleaverat, antequam Bredovius quaestiones suas in lucem emitteret. Atqui hic Lhardyi quaestionum nullam rationem habuit sive dissimulator laudis alienae seu quod nesciret haec studia praeoccupata. Itaque Bredovio spatia laboris satis ampla emetienda erant, quae ante eum percurrisse videmus Lhardyum. Per omnes autem uterque numeros rem diduxit, quamquam Lhardy simplicius ideoque magis dilucide praecepta sua tradidit, Bredovius disponendi rationi minus bene prospexit, ut in toto huius doctrinae tractatu pronum a principio ad finem non semper habiturus sis cursum. Dindorfiana quidem commentatio parum curae fatetur, singulis generatim perpensis ac primis tantum lineis adumbratis, ut quae illorum virtus, hoc eius sit vitium. Voluit sanequam vir doctissimus, id quod praefando ipse confessus est, a copiosiori doctrinae apparatu abstinere, istam oneris molestiam aliis transferens. Summittat modo fasces Ahrensio; attamen hanc illam confessionem apprehensurus is est optimo iure, qui, quo pacto Dindorfius codicum auctoritatem soleat eludere, cognitum habeat. Nam in hac operis parte laqueos errorum sagaciter declinasse ratus aliis controversiarum laqueis haud semel se ipse irretivit. Quid quod permultos locos in commentatione probabi-

liter limavit, ast bene auspicatis successum et usum denegavit. Ut breviter dicam, quod sentio, scripturae maculas vel plurimas bene indagatas in textu reliquit, vel, quod non minus est inconstantiae vituperium, alias sustulit, alias eiusdem generis propagavit, ut quam properanter totum hoc opus effusum sit, pluribus exponere vix necesse sit. Lhardyi denique vestigia cummaxime legit Bekkerus in editione Herodoti altera. Nam nihil hic antiquius habuit quam ut ad ea, quae de augm. temp. Lhardy in medium protulerat, sermonem Herodoteum refingeret, bono animo accipiens, quicquid frugis Herodoto ab eodem impertitum esset. Neque insipienter Bekkerus. Nam aptissimo tamquam praecursore uti licuit, a quo totius huius doctrinae auspicia facile caperentur. Bekkerum in iis partibus, ubi agitur res et potestas sermonis Herodotei, maximam partem secutus est Kruegerus *Gr. Spr.* II, 1. vide nos supra. Verum quae de augm. tempor. apud hunc leguntur, exspectationem nostram non aequarunt nec potuerunt, quum Gaisfordii aliorum commentarios vix accurate inspexisse Kruegerum multa sunt quae arguant. Veruntamen ne hic quidem est, qui nil plane novae dotis contulerit. Gaisfordium autem quod attinet, haud semel meliores lectiones postliminio reduxit, multa autem vitiose scripta reliquit, quae suos quodque correctores desiderarunt. Iam ne iusto plus exspatiari videamur, redeamus ad id, unde tractus est sermo. Ac docet quidem Lhardy p. 4. coll. p. 19. augmentum temporale negligi in verbo *ἐϑελοκακεῖν*. Dindorfius ad opinatam verbi *ἐϑέλειν* similitudinem (cf. Lhardy p. 18 sq.) male verbo *ἐϑελοκακεῖν* augmentum vindicavit, et dum VII, 164. *ἐϑέλησε* scribit, VII, 107. 168. VIII, 80. augmentum adiecit. Peccavit idem contra librorum auctoritatem IX, 10. *ἠμαυρώϑη* scribens. Nam verbum *ἀμαυροῦν* aeque atque *ἐϑελοκακεῖν* quum a vulgari usu recedat Ionibus vel maxime proprium, augmentum tempor. tolerare nequit. cf. Bredov. p. 291. Lhardy p. 4. p. 34. Abiudicandum porro verbo *ὀρτάζειν*, quod idem poetici saporis est, augm. tempor. Itaque *ὤρταζον* IX, 7. male scripsit Dindorfius cum aliis. cf. Bredov. p. 121. p. 306. Lhardy p. 4. p. 26. De *κατώνοντο* II, 172. Bredovius sic disputat p. 307: „Aldus aliique II, 172. *κατώνοντο* augmento temporali scriptum exhibent, alii autem recentiores cum codd. *S. V.* (sic Bkk. 1.) *κατόνοντο*, quod fortasse nonnullis rectius videatur, quum Ionibus tantum hoc verbum *ὄνομαι* proprium fuisse dicatur, neque ex Homeri usu, qui quidem nunquam augmentum huius verbi omisit, Herodotea oratio recte iudicari possit. Etiam hic solus est locus, in quo indicativus praeteriti alicuius temporis apud nostrum invenitur, quo magis hac de controversia dirimenda nobis desperandum esse videatur. Sed tali in causa, qualis haec est, ii mihi quidem tutius ire videntur, qui augmentum recipiunt, quum nimiam interdum grammaticos ac librarios quosdam operam in eo collocasse notum sit, ut quaque ratione magis Ionicam redderent Herodoteam orationem." Huius in sententiam transeundum videtur. *κατώνοντο* Dind. Bkk. (2.) scripserunt. Contra Lhardy p. 4., quum hoc verbum in vulgari Atticorum lingua non reperiatur, augmentum omitti iubet. Sed idem *ἀκώνητο* I, 168., ubi Bkk. (1.) *ἀκόνητο* exhibuit, recte tuetur p. 25.

cum Bredovio p. 307. ἀπώνητο Wessel. Schaef. Bhr. Matth. Dind. Bkk. (2.). Augmenti necessitatem iure abiudicavit Dindorfius verbo ἀμείβεσθαι IV, 97. ἀμείψατο corrigens, quod olim Bkk. cum reliquis editoribus immerito in ἠμείψατο mutaverat. cf. Lhardy p. 4. p. 34. Bredov. p. 291. — Commonstrat Lhardy p. 5. discrimen intercedere inter verba ἀρτᾶσθαι et ἀρτέεσθαι, ita quidem, ut prius passiva tantum vel media forma apud Herodotum legatur, sensu pendere, hoc nusquam nisi forma media reperiatur valeatque: sese parare, se accingere, idem fere quod καταρτίζεσθαι IX, 66. Ac priori quidem verbo formas annumerat hasce: p. 36 sq. ἠρτημένας V, 31. ἤρτητο III, 19. IX, 68. ἀρτέαται I, 125. ἤρτηται VI, 109. (sic *F. a. b. c.* edd. vett., quos audiendos esse ducit). ἄρτηται VI, 109. profectum a Wesselingio receperunt Bhr. Matth. Bkk. (1.) Dind. ἤρτηται, quod Bredovius quoque p. 292. retinendum censuit, auctore Lhardyo posuit Bekkerus (2.). ἠρτέαται autem Bredovius restitui iubet, quum Ionica terminatio ad augmentum omittendum nil valeat, cuius quidem contrariam in sententiam discessit Lhardy. Formam κατηρτημένον III, 80., quam librorum consensu ab omni mendae suspicione arceri dicit Bredovius p. 292., oppugnat Lhardy p. 5. In ea mendi quid latere Henricus iam Stephanus suspicatus est, qui ut corruptioni mederetur, coniecit κατηρτισμένον. Valckenarius quoque aut κατηρτισμένον aut κατηρτυμένον scribi voluit. Illud quidem receptum video a Dindorfio neque habeo quod recte contradicam. Nam quibus machinis illud κατηρτημένον iure sustentetur, equidem non assequor. — Alterius autem verbi ἀρτέεσθαι formae dicuntur a Lhardyo hae: ἀρτέετο VIII, 97. παραρτέετο VII, 20. ἀρτέοντο V, 120. παραρτέοντο VIII, 76. 108. ἀνάρτημαι VII, 8. ἀναρτημένον I, 90. ἀναρτημένους VI, 88. παράρτητο IX, 29., quibus ille omnibus augmenti ius denegavit. Editores has praeter παράρτητο formas dederunt, nisi quod Bkk. (2.) Lhardyo suadente id praetulit. Nihil offensionis etiam Bredovius in παρήρτητο repperit. Iure tamen a librorum fide recessisse Lhardyum ceterorum locorum analogia extra dubitationem posuit. — Quae de ἑσσοῦσθαι, ἑλινύειν, ἑτεροιοῦν, ἑσθημένον, ἁγινεῖν a Bredovio p. 293. p. 298. disputata sunt, ea plausum ferent omnium, qui Herodoteae orationis non ignari sunt. Hoc enim unum agitur (neque fugit Lhardyum et Dindorfium), ut augmentum horum verborum, ubicunque obvenist, deleri oporteat. — Negligi augmentum ab Herodoto in formis, quae ionice flectuntur, addi in vulgaribus copiose exposuit Lhardy p. 5 sqq. Ac primum quidem in censuram vocat formas verbi ὁρμᾶσθαι p. 5 sq. p. 26. Negat igitur ὡρμέαται, ὡρμέατο ferri posse. Bekkerus olim in his parum sibi constitit, erroris autem convictus a Lhardyo inconstantiae isti bono animo valedixit, ὁρμέαται, ὁρμέατο ubique revocatis. Ceteri quoque editores praeter Dindorfium, qui ὡρμέατο ubique retinuit, parum attenderunt ad scripturae conformationem. ὡρμέαται, ὡρμέατο probatur Bredovio p. 308 sq.; ὅρμεον autem IX, 114., quod *S. V.* praebent, proscribendum et ὥρμεον e plurimis libris recipiendum est. Sic Matth. Bhr. Dind. Non dispicio, quomodo Bkk. (2.), quum VII, 21. VII, 188. ὥρμεον recte dederit, IX, 114. ὅρμεον scribere potuerit. Unus restat locus, cuius scriptura editores adhuc vexavit. Legitur

enim vulgo VII, 209. *ὁρμῶμεν*, sic tacente Gaisfordio, quem haud cunctanter secuti sunt Matth. Bhr. Bkk. (1.). Coniecit Dindorfius *ὡρμέομεν*, correxit Bkk. (2.) *ὡρμῶμεν*, cuius lectionis ansam dederat Lhardy p. 26., qui monuit haec: „nisi praecesas esse statuas, augmentum restituendum erit," coll. de form. contr. p. 13. Annotavit idem vir doctissimus p. 26. de augm.: „*ὁρμέωντο* VII, 88. *S. ὡρμῶντο*. Cum utraque scriptura vera esse possit, haud facile est decernere, utram praeferas," coll. de form. contr. p. 20. Itaque cavit Bekkerus (2.), ne quid mutaret. Dindorfius autem, qui formam *εωντο* sublestioris fidei esse censet, *ὡρμέοντο* finxit. — *ὄσφραντο* I, 80. (sic *R. a.*) defendit Lhardy p. 7., quod recepisse video Dindorfium et Bekkerum (1. 2.). In vulgata *ὤσφραντο*, cuius patrocinium vix recte suscepit Bredov. p. 306., licet auctoritate codd. *M. K. F. S. b. d. e.* nitatur, ceteri editores conspirant. — *προσεσάξαντο* I, 190. et *προσεσάξαντο* VIII, 20., quas formas a *προσεσάγειν*, *προσεσάγειν* descendere recte, opinor, dixit Lhardy, a *προσσάσσειν*, *προσσάσσειν*, cuius simplex haud infrequenter usurpavit Hippocrates, deduxit Bredov. p. 351 sq. Quod splendidius eum quam verius excogitasse persuasum habeo. Nam *προεσάξαντο* et *προσεσάξαντο*, ita ut ex *προεσάγειν*, *προσεσάγειν* orta sumas, loci sensui apprime conveniunt. Apud Herodotum quidem non nisi *σάσσειν* et *παρασάσσειν* legitur. cf. Schwghs. lexic. Herodot. s. vv. Perperam olim Portus ad *σάσσειν* rettulerat id quod V, 34. legitur *τὸ τεῖχος ἐσάξαντο*. Ceterum in omnibus, quae huc faciunt, formis verbi *ἄγειν* his et iteratis exceptis augmentum recipiendum esse Lhardy p. 30 sqq. Bredov. p. 292 sq. affatim docuerunt. Olim Bekkerus quattuordecim locis, vide Lhardy. l. c., augmentum neglexerat, nunc Lhardyi iudicio cedens reduxit. Inconstanter, ut assolet, Dindorfius *ἦγον*, *ἦγε*, *ἤγαγε*, *ἤγοντο* et *ἄγον* exaravit. Hoc saltem apud eum I, 70. scriptum repperi. Restituendum videtur etiam *ἤχθη* V, 13. VI, 30., codicibus quamquam non addicentibus, qui *ἄχθη* exhibent. Bkk. (1.) VI, 30. *ἀνάχθη*, unde hoc ille petierit, neque Lhardy scit neque ego assequor, nam *ἄχθη* in libris sine var. lect. legitur. *ἀνάχθη* etiam Dindorfius scripturae librorum securus edidit; Matth. Bhr. in vulgata *ἄχθη* consentiunt. *ἤχθη* correxit solus Bkk. (2.). *ἄχθη* corruptum esse vidit etiam Bredovius p. 293., qui simul *ἀνήχθη* probat. His de formis Lhardy arbitratur haud facile certi quid dici posse, quum aoristus passivus ter tantum legatur, semel cum augmento, bis sine augmento, libris utique inter se consentientibus. Mihi quidem aliter videtur; nam quum II, 169. *ἀπήχθη* sine scripturae varietate legatur neque iusta sit causa V, 13. VI, 30. augmenti omittendi, non est cur his duobus in locis librorum auctoritati tam anxie adhaereamus. — *προηδέατο* I, 61. suspectum esse monent Lhardy p. 7. Bredov. p. 310. scribique volunt *προαιδέατο*. Assentior. Non debebat Bekkerus (2.) illud *προαιδέατο* respuere, cuius rationem a Lhardyo viderat bene expositam. Male item Dindorfius *προηδέατο* posuit. — De verbi *ὁρᾶν* augmento quid recte statuendum videatur, a criticis nondum ad liquidum perductum est. Ac Lhardy quidem omnibus locis, ubi imperfectum reperitur, accurate adscriptis in hunc modum disputat p. 8 sq.: „Et

primum quidem plane abiiciendum est augmentum atticum, quod duobus locis legitur: ἑορῶμεν I, 120., quam formam nec Attico nec ulli Graeciae populo notam fuisse censeam, quaeque cur a Bekkero potius recepta sit, quam ἑωρῶμεν, quod omnes codd., uno *F.* excepto, praebere videntur, equidem me non intelligere fateor, et ἑώρεον V, 91.; et priore quidem loco levi mutatione ἐνωρῶμεν, altero ὥρων scribendum, quam emendationem non temerariam dicet, qui formam a Bekkero receptam duos tantum codd. praebere, verbum a cod. *S.* omissum esse, et *F.* ἐσώρεων, ut solet, pro ἐσώρων habere reputaverit. Idem iudico de composito ἐνορᾶν, et pro ἐνεώρα legendum esse ἐνώρα; id comprobant formae ἐπώρα, κατώρα et omnino omnes compositorum formae, in quibus nullum augmenti attici reperias vestigium. Nec minus forma ὅρα repudianda est, quae tribus locis a Bekkero recepta est, cum a paucis tantum codd. nec iis quidem optimae notae praebeatur, aliis contra locis mss. in forma ὥρα sine discrepantia consentiant. Eodem modo iudicandum est de forma ὥρεον, quae semel prima persona et sexies tertia plur. legitur, quaeque in ὥρων mutanda est, cum hanc *S.* omnibus his locis et *F.* plerisque habeat, nisi quod *F.* interdum ὥρεων praebet. Quomodo forma ὡρέομεν corrigenda sit, mox demonstrabitur. Relicuum est, ut de formis ὅρεον II, 106. et 150., et ὁρέομεν II, 148. bis dicam. Formam ὅρεον, quam priore loco praestantissimus codex *S.* exhibet, et probat Koen. ad Greg. Cor., nequaquam mutare audeam eamque genuinam esse puto; quod etiam de tribus aliis locis statuendum esse iudico, nisi quod propter varietatem lectionum etiam ὡρῶμεν verum esse possit. Formae igitur huius imperfecti hae sunt: sing. prim. ὥρων sive ὅρεον; secunda non legitur; tertia ὥρα; plur. prima ὡρῶμεν sive ὁρέομεν; secunda ὡρᾶτε; tertia ὥρων, quae et ὅρεον esse possit." Ab hac vero persuasione paululum recedit Lhardy p. 14. de form. contr. et ὅρεον atque ὁρέομεν adulterinas formas esse putat quaeque de iis p. 9. de augm. scripsit, retractari vult. Contra Bredovius p. 313. varietate scripturae annotata sic disserit: „Quibus omnibus in locis quum tempus imperfectum tantum locum habere constet, nec quisquam id sine augmento apud Herodotum scribi posse facile sibi persuadeat, ubique formas ὥρεον, ὡρέομεν, ὥρα, ὡρᾶτε ex illorum analogia, priore in loco positorum, praeferendas esse manifestum esse videtur, praesertim quum iam unus aut alter liber, interdum etiam plures, genuinam servaverint scripturam, atque alii, qui aliam habent formam, aut vulgarem, nobis iam damnatam, praebuerint, aut eam, quae et ipsa, quamquam vitiosa, declaret ὥρεον, ὥρα etc. hic olim lectum, sed non intellectum esse. Sed restant tamen pauci quidam loci, ubi omnes libri in vitiosam quandam scripturam perperam concordasse videntur: I, 123. ἐνεώρα et III, 53. — I, 120. ἑωρῶμεν plurimae editiones, ἑορῶμεν (!!) Bekk. cum *F.*, ὁρέομεν Schaef. V, 91. ἑώρεον edd., ἐσώρεων *F.* — Sed quis, quaeso, quin haec statim in Herodotea ἐνώρα, ὡρέομεν, ὥρεον mutanda sint, nunc dubitabit, quum nihil ineptius cogitari possit, quam ipso ab Herodoto statuere mox Ionicam, mox Atticam, mox aliam quandam positam esse formam?" Eadem est Dindorfii sententia,

nisi quod hic, cui non operae pretium videtur librariorum peccata perstringere, rem tamquam tritam satisque confessam tradit. Iam ut nostrum iudicium interponamus, vere existimasse Lhardyum nobis persuadetur, quem adeas praeterea p. 14. de form. contr. verb. in $\overline{\alpha\tilde{\omega}}$ ex. Suspectat ἑορῶμεν I, 120. etiam Kruegerus, *Gr. Spr.* II, 1. p. 134. In hac tanta lectionum farragine multum haesisse editores, nescios, qui ex eadem bene se expedirent, non est cur mireris. Plurima innovavit secundum regulam, quam ipse sibi praescripsit Dindorfius. Olim Bekkerus, ut ex Lhardyi verbis modo citatis apparet, locos ab aperta depravatione nihil vindicaverat; nunc in labore emendandi docta ei profuit Lhardyi industria. Iam vero locos, qui in disceptationem cadunt, ut uno facile comprehendi possint conspectu, non absonum videtur adscribere. Sunt autem hi: I, 11. ὥρα bis Wessel. Schwgh. Gsf. Matth. Bhr. Bkk. (2.). Dind. ὅρα Bkk. (1.). — I, 87. ὥρα o. edd. praeter Bkk. (1.). — I, 120. ὡρέομεν Dind. probante Bredovio, ἑορῶμεν Bkk. (1.), ἑωρῶμεν Gsf. Matth. Bhr., ὁρέομεν Schaef., ἐνωρῶμεν Bkk. (2.) auctore Lhardyo. — I, 123. ἐνεώρα Bkk. (1.) Matth. Bhr. Gsf. ἐνώρα Bkk. (2.) Dind. Bredov. Lhardy. — II, 106. ὥρεον vulg. Matth. Dind. Bredov., ὅρεον Koen. ad Gregor. Corinth. p. 190=407. Gsf. Bhr. Bkk. (1. 2.). Lhardy p. 9. cap. I. ὥρων *K. F. a.* Lhardy p. 14. cap. II. ὥρον *P.* ὥρεων Ald. — II, 131. ὡρέομεν o. edd., quod nescio quo pacto Bekkerus (2.) tulerit, quum id ad prius Lhardyi praeceptum aut in ὁρέομεν aut in ὡρῶμεν mutari oporteret, ὁρῶμεν *S.* ὡρῶμεν Lhardy p. 14. cap. II. — II, 148. ὁρέομεν Gsf. Bkk. (1. 2.). Lhardy p. 9. cap. I. ὡρέομεν Matth. Bhr. Dind. ὡρῶμεν Lhardy p. 14. cap. II., ὁρέωμεν *S. F.* ὁρῶμεν *K. P.* — II, 150. ὥρεον Gsf. Matth. Bhr. Dind. Bredov. ὅρεον Bkk. (1. 2.) Lhardy p. 9. cap. I. ὥρων. Lhardy cap. II. p. 14. — III, 53. ἐνώρα Dind. Bkk. (2.). Lhardy Bredov. ἐνεώρα (Ald. *S. V. R. A. B.* οὔκων ἑώρα *M. K. P. F. b.*) Gsf. Bhr. Matth. Bkk. (1.). — III, 118. περιώρων Bkk. (2.) Lhardy (*S. a. F.*), περιώρεον reliqui. — IV, 3. ὥρεον Gsf. alii cum Bredovio, ὥρων Bkk. (2.) Lhardy (*f. S.* ὥρεων *F.*). — IV, 76. ὅρα (*F.*) Gsf. Bhr. Bkk. (1.), ὥρα vulg. Matth. Dind. Bkk. (2.). Bredov. Lhardy. — IV, 134. ὥρεον Gsf. Bhr. Matth. Dind. Bredov. Bkk. (1.), ὥρων Bkk. (2.) Lhardy (ἑώρων *S. V.* ὥρεων *F.*). — IV, 195. ὥρεον o. edd. cum Bredovio praeter Bkk. (2.), qui cum Lhardyo ὥρων (*S. V.* ὥρεων *F.*) scripsit. — IV, 203. περιώρεον edd. cum Bred., περιώρων Bkk. (2.) Lhardy (sic *S.*). — V, 29. ὥρεον vulg. (*F.*), ὥρων Bkk. (2.) (*S.*) Lhardy. — V, 91. ὥρεον Dind. Bredov., ὥρων Bkk. (2.) Lhardy, ἑώρεον Bkk. (1.) Matth. Bhr. Wessel. Olim ἑώρων (ἑσώρεων *F.* omis. *S.*). — VI, 79. ὥρων n. var. ὥρεον Dind. Bredov. — VII, 209. ὥρεον Dind. Bredov. ὥρων Bkk. (1. 2.) Lhardy cum reliq. — VII, 212. ἐνώρεον Dind. Bredov. ἐνώρων (*M. S. P. K. F. c.*) Matth. Bhr. Bkk. (1. 2.), Lhardy (ἑώρων *a. b.* Ald.). — VIII, 37. ἀπώρεον Gsf. Matth. Bhr. Bkk. (1.) Dind. Bredov., ἀπώρων (*S.*) Bkk. (2.) Lhardy. — VIII, 38. ὥρων Gsf. Matth. Bhr. Bkk. (1. 2.) Lhardy, ὥρεον Dind. Bredov. — VIII, 55. ὥρεον Dind. Bredov. ὥρων Gsf. Matth. Bhr. Bkk. (1. 2.) Lhardy id. VIII, 78. — VIII, 140. ἐνώρεον Dind. Bredov. ἐνώρων Gsf. Matth. Bhr. Bkk. (1. 2.) Lhardy (ἐνόρων *S.*). — IX, 18. ὥρεον

Dind. Bredov. ὤρων Gsf. Matth. Bhr. Bkk. (1. 2.) Lhardy (ἑώρων *F.*). — IX, 68. ὤρεον Dind. Bredov., ὤρων (*S. V.*) Schaef. Gsf. Bhr. Matth. Bkk. (1. 2.) Lhardy (ἑώρων vulg.). — IX, 98. ὤρεον Dind. Bredov. ὤρων Gsf. Matth. Bhr. Bkk. (1. 2.) Lhardy. — Aoristus verbi ὁρᾶν ad regulam Atticam formatur. Itaque ἴδον grammaticis Ionismi Herodoto vel ipso amantioribus imputandum, id quod recte iam H. Apetzius ad V, 59. animadvertit. Quocum consentiunt Dindorfius, Lhardy p. 26. Bredov. p. 304 sq. Undecim olim locis Bekkerus formam homericam exhibuerat. Vetustissimi, ut videtur, usus est forma, quae in titulo Smyrnaeo C. I. Vol. II. N. 3328. comparet, ἐφεῖδε, de qua adeas Boeckhium l. c. — In plusquamperf. formis non passus est Herodotus augmentum; quare ὀπώπεε I, 68. V, 92. bis. VII, 208. ὀπώπεσαν VII, 125. scribenda sunt. Dindorfius, qui I, 68. V, 92. ὀπώπεε exaravit, VII, 208. ὠπώπεε, VII, 125. ὠπώπεσαν negligenter retinuit. Adminiculi instar addere placuit pauca Hippocratea. Exstant enim T. I. p. 39. ἑώρων, T. II. p. 329. K. ἑωρῶμεν, quae in ὤρων, ὡρῶμεν mutanda esse censeo. Huius verbi infinitivum activum quod attinet, eum a librariis vehementer vitiatum video. Nam modo ὁρῇν, ὁρῆν, modo ὁρᾷν, ὁρᾶν, modo e verborum in $\overline{\varepsilon\omega}$ exeuntium ratione ὁρέειν fingunt, quorum solum ὁρῆν genuinum esse credimus, quod Menke (*d. Aphorismen des Hippokrates. Bremen* 1844.) p. 80. tacite correxit coll. Lhardy p. 2. adn. 2. de form. contr. verb. in $\overline{\alpha\omega}$ ex. Mullach. Quaest. Democrit. spec. II. *Progr. du collége royal franç. Berl.* 1842. p. 25. Bredov. p. 379. Tali modo Dorienses vocales $\overline{\alpha\varepsilon}$ in $\overline{\eta}$ contrahunt. Plura vide apud Ahrens. de dialect. doric. p. 195. Haec dorica terminatio vindicanda videtur etiam aliis multis verbis, quae secundum vulgarem usum in $\overline{\alpha}$ contrahuntur, veluti διψῆν I. p. 105. διαιτῆν p. 149. μελετῆν p. 154. πυριῆν p. 461. θυμιῆν p. 476. ἐναριστῆν p. 730. θεωρῆν T. II. p. 15. φοιτῆν p. 88. ἀριστῆν p. 88. et sexcenties. Itaque perperam vulgo legitur σιγᾷν I. p. 56. μελετᾷν p. 72. τολμᾷν p. 88. ἐπανερωτᾷν p. 95. ἐρωτᾷν p. 106. ὁρᾷν p. 140. ὁρᾶσθαι p. 189. διψᾷν p. 190. ὁρᾷν p. 192. ἐρωτᾷν p. 222. βιᾷν p. 290. χαλᾷν p. 373. ὀπτᾷν p. 428. ἀποπλανᾷν p. 495. πλαδᾷν p. 543. ἀποτελευτᾷν p. 544. τιμᾷν p. 563. φλοιδᾷν p. 609. etc. De ὁρέῃ I. p. 123. (ὁρῇ I. p. 151. ter. p. 438. p. 719.), ὁρέει I. p. 569. 697., ὁρέομεν I. p. 423., ὁρέουσιν II. p. 300.*), ὁρέων I. p. 127. 611., ὁρέοντος I. p. 438., ὁρέοντες I. p. 355., ὁρεομένῳ all. melius iudicari posset, si e fontibus limpidioribus accuratior textus notitia emanasset. Ut vero res sese habet, vel novissimi editores ut Littré parum anxie in libris excutiendis versati sunt. Sic Gallus ille, quem modo nominavi, cui prae ceteris ad exquisitos codd. Pariss. fontes aspirare licuit, nonnisi codd. solet generatim annumerare, fraudum incuriosus neque ex intemeratis librorum vestigiis verum indagare bene sciens. Kuehnius autem multum abest, ut Hippocrateum sermonem ab inveteratis maculis vindicaverit, ut vel novas insipienter asperserit. Ut uno tantum verbi

---

*) ὁρέων Dorienses usurpant. Eadem est Iadis consuetudo. cf. Ahrens. de dial. doric. p. 311. Lhardy p. 24. de form. contr. verb. in $\overline{\alpha\omega}$ ex.

χρῆσθαι utar exemplo, Kuehnius quidem χρῆσθαι, χρέεσθαι, χρεώμενος, χρεόμενος, χρώμενος, χρεόμεθα, χρώμεθα, χρέονται, χρῶνται, χρέωνται, χρήσθω, χρεέσθω, χρῶ, χρέο, ἐχρῶντο, ἐχρέοντο, alia permulta promiscue in textum recepit, quorum Hippocratea iudico esse nonnisi haec: χρέεσθαι, χρεόμενος (has formas receptas video a Menkio, *d. Aphorism. des Hippokr.* p. 4. p. 8. p. 48. — p. 15. p. 46.), χρεόμεθα, χρέεται (Menk. p. 10. p. 35.), χρέονται, χρεέσθω (χρεέσθωσαν I. p. 623. χρεέσθω I. p. 726. ter. p. 730. II. p. 71.), χρέο (I. p. 74. II. p. 96. p. 98. p. 99., male χρῶ II. p. 127. p. 130. p. 151. bis. p. 153. p. 319. al.), ἐχρέοντο. Haec omnia e recentioris Ionismi, a quo Hippocratem non abhorruisse constat, more dicta sunt, coll. Bredov. p. 379 sqq. p. 386. Ahrens. de dial. doric. p. 131. E severiore Doride afferuntur χρῆσθαι, χρήσθων, χρήμενος, κατεχρήσθην, e mitiore καταχρείσθων, cf. Ahrens. de dial. doric. p. 311. p. 353. Herodotum autem dixisse χρᾶσθαι, ἐχρᾶτο, ἐχρῶντο all. luculenter exposuerunt Lhardy de form. contr. p. 8 sqq. Bredov. p. 379 sqq. — Mireris διατεμέειν s. διατεμνέειν, quod in nostris exemplaribus II. p. 241. K. scriptum est, editores falce critica non amputasse, neque forma προσφερέειν II. p. 126. quidquam excogitari potuit ineptius. Nego porro tolerari posse poeticum μηχανάασθαι I. p. 124., quamquam πειρέωνται I. p. 422. τεχνέονται I. p. 592. διαιτεόμεθα I. p. 719. p. 707. non sollicitanda esse duxerim, cf. Bredov. p. 382. Probe iam Bredovius p. 368. dispexit ἐξεγειρέωνται I. p. 588. in ἐξεγείρωνται mutandum esse. Item cum Lobeckio ad Buttm. II. p. 338. ἀφικνέωνται I. p. 467. pro vulg. ἀφικέωνται restituendum est et λαβόμενος, quod e λαβεόμενος bene correxit Bredovius p. 368. — Plura commodiori loco servabo.

Olim editores in verbo ἐπίστασθαι augmentum pro lubitu modo posuere modo abiecere. Sic Bekkerus (1.) inter duplicem fluctuat scripturam, Dindorfius autem praeter exspectationem cautius agens ubique augmentum scribit. Quam eandem scribendi legem observari vult etiam Bredovius p. 301. Circa hanc quidem controversiam praestare videntur argumenta Lhardyi, qui scribarum ait incuria ἠπίστατο et ἐπιστέατο commista esse. Censet igitur ἠπίστατο ad vulgarem regulam, ἐπιστέατο ad ionici magis sermonis indolem scribenda esse. Illud quidem IX, 108. solus Dindorfius restituit pro ἐπίστατο, quod Bkk. (2.) perperam reservavit. Henricus iam Apetzius ad VIII, 35. bene monuerat ἠπίστατο rectius legi quam ἐπίστατο, modo cum Matthiaeo socio huic persuasioni ampliorem locum dedisset. Nam V, 42. VIII, 36. IX, 108. ἐπίστατο intactum reliquit. Neque melius hi duumviri modo ἐπιστέατο (II, 173. VI, 44. VIII, 97. VIII, 132.), ἐξεπιστέατο (II, 43.) modo ἠπιστέατο (III, 66. bis) scripserunt. Huius verbi aoristus uno tantum loco legitur III, 15., ubi *S.* ἐπιστήθη, quem secuti sunt Schaef. Bkk. (1. 2.), ἠπιστήθη ceteri omnes libri mss. et Schwgh. Gsf. Wessel. Bhr. Matth. Dind. Hoc recipi iubet etiam Bredovius, et, si quid video, recte. — In plusquamperf. formis, quae attica illa reduplicatione ornantur, augmentum negligi ab Herodoto docuerunt Lhardy p. 10. Bredov. p. 315 sq. Unius tantum loci medela agitur, quam ut vulgatae scripturae VII, 208. (*S. V. P. F.*) ἠκηκόεε a Dindorfio male receptae tolera-

veas, alii multi loci faciunt, quos inspicias velim apud Bredovium. Neque iusta augmenti sedes est in imperf. et aorist. I. act. huius verbi. cf. Lhardy p. 31. Bredov. p. 296 sq. Itaque Gsf. Bhr. Matth. Dind. Bkk. (2.) recte sanarunt locos, qui ab hac scribendi norma perperam abhorrerent. Olim Schaef. Bkk. (1.) V, 89. IX, 8. ἄκουσαν. — In verbo ἐργάζεσθαι omittendum esse augmentum iam nunc nihil ambigitur; conf. Bredov. p. 301 sq. Lhardy p. 10. p. 17 sq. Dind. comment. p. XXII. Bekkeri (1.) errores iure castigavit Lhardy, cuius ille auctoritate permotus locis a se turbatis nunc suam adhibuit medicinam. Bhr. I, 123. κατειργασμένου, praeeunte Gsf. I, 185. εἰργάζετο o. edd. praeter Dind. Bkk. (2.). Itaque non tentandum videtur Hippocrateum ἐργασμένη II. p. 325. K. Legitur ἐργάσατο in C. I. II. n. 2984., ubi Boeckhius adscripsit: „possis et εἰργάσατο legere, *E* pro *EI* sumpto", et n. 3270. exstat ἠργασμένος, de quo Boeckhius haec: „ἠργασμένος pro εἰργ. non impugnandum esse docent similia alibi exempla n. 162. ἠργάζετο. n. 456. ἐξηργήσατο, ubi mirum alterum η." — Eiusdem generis sunt verba Herodotea ἔργειν et ἐργνύναι pro εἴργειν et εἰργνύναι; cf. Lhardy p. 11. Bredov. p. 301. Dindorfius, qui comment. p. XXI sq. ἐξεῖργον, κατεῖρξαν, in suspicionem iure vocavit, V, 22. ἐξεῖργον corrigere neglexit. Scribendum igitur est ἔξεργον V, 22. (sic solus Bkk. (1. 2.)) et κάτερξαν (edd. praeter Bkk. (2.) κατέρξαν). ι quod remansit etiam in ἀπείργουσα IX, 68. (sic Matth. Bhr. Bkk. (1.)) recte expulerunt Dind. Bkk. (2.), favente Lhardyo, qui IV, 69. κατεργνῦσι emendat, quod a Dind. Bkk. (2.) receptum est, coll. Bredov. p. 402. — ἐνερμένων IV, 190., quod Lhardy p. 12. mutare non audet, iure damnatur a Bredov. p. 305. Nam omnibus ceteris temporibus ι locum obtinet, III, 118. ἀνείρας, III, 87. ἐξείραντα. II, 96. περιείρουσι; Bredovius offenditur Hippocrateo συνήρκασι (de morb. sacr. sect. III. p. 305 sq. T. I. p. 599. K.), quod in συνείρκασι mutandum censet, cuius ad iudicium accedo. — Verbum ἐᾶν secundum regulam, quam sibi constituit Herodotus, cf. Lhardy p. 12 sq., augmento caret, coll. Bredov. p. 302. Dind. comment. p. XXII. Sed in verbo ἔχειν exceptis formis iteratis augmentum ubique revocandum esse feliciter iidem viri clarissimi exposuerunt (Lhardy p. 13 sq. Bredov. p. 303 sq.). Olim editores res suas male gesserunt. Etenim neque Schaeferus, Matth., Bhr., neque Bkk. (1.) instrumentorum numero quamquam idoneo salutariter usi sunt. Itaque ἔχον, ἔχε et εἶχον, εἶχε promiscue scripserunt, licet εἶχον, εἶχε librorum praestantissimorum auctoritate ac pondere commendaretur. ἔχον et ἔχε recte expunxerunt Bkk. (2.), Dind., nisi quod hic nescio qua de causa ἔχον V, 73. reliquit. — Ad scripturam εἵλκετο II, 125. pro vulg. ἕλκετο vestigia codd. *S. V. R.* Paris. et Ald. ducunt. Illud legitur apud Matth. Bkk. (2.) Dind. cf. Lhardy p. 16. Bredov. p. 303. ἀνελκυσμένας IX, 98., quam formam omnes codices annuunt, cum Bredovio in ἀνειλκ. mutandam esse iudico. Lhardy p. 16. augmentum addere non audet, quamquam, cur omissum sit, nullam se rationem afferre posse confitetur. Nullum video editorem ἀνειλκ. exarandum curavisse. — Porro formis huc spectantibus verborum ἕπεσθαι et περιέπειν augmentum vindicandum est

cf. Lhardy p. 16. Bredov. p. 303. Quod recte recepit Dindorfius cum Bekkero (2.) Matth. et Bhr. augmentum modo posuerunt modo abiecerunt. περιέφθησαν autem VI, 15. VIII, 27. unice probari posse commonstravere Lhardy p. 12. Bredov. p. 303. — ἐξεγέρθη, quod Bhr. Bkk. (1.) Dind. I, 34. et Matth. Bhr. Bkk. (1.) Dind. I, 209. scripserunt, vitiosum est, pro quo ἐξηγέρθη, quod Bkk. (2.) dedit, legendum est. conf. Lhardy p. 18. Bredov. p. 300. — De augmento verbi ἐλαύνειν recte iam disputavit H. Apetzius ad VII, 20., quocum consentiunt Lhardy p. 19. Bredov. p. 299. Bkk. (2.) vitia a Lhardyo monstrata in editione altera curavit. — De ἐλευθεροῦν Lhardy p. 20. adscripsit haec: „quamquam etiam in hoc verbo ubique augmentum restituendum esse censeo, cui sententiae cod. *S.* favere videtur, tamen ante corrigere non audeam, quam codices accuratius collati erunt." At vero quum I, 95. ἠλευθερώθησαν omnium librorum suffragatione nitatur, et cod. *S.* ἠλευθερώθη II, 135. et ἠλευθέρωσαν VI, 123. exhibeat, augmentum etiam reliquis locis I, 127. V, 46. V, 62. restitui malo cum Bredovio p. 300. quam omitti. Restituerunt Bekk. (2.) et Dindorfius. Mederi locis nec Matthiae nec Baehrius ausus est. — Cum augmento scribendae sunt formae verbi ἐπείγεσθαι, cf. Lhardy p. 20. Bredov. p. 300. Valet idem ad verbum ἐρᾶν, cf. Lhardy. Bredov. ll. cc. Quinquies enim codices augmentum praebent VI, 28. VI, 43. ἠπείγετο, VII, 192. VIII, 18. IX, 11. ἠπείγοντο. Ter negligitur augmentum ab aliis libris suppeditaturque a codicibus melioris notae, inter quos *S. V.* reperiuntur, IV, 98. IV, 135. IV, 133. Obtemperandum est libris *S. V.*, quos auctores secuti sunt Dind. Bkk. (2.); vulgata exstat apud Matth. Bhr. Bkk. (1.). In formis verbi ἐρᾶν posuit ubique augmentum Dindorfius, quod idem fecit Bkk. (2.) edoctus a Lhardyo. Vulgata repetita est a Matth. et Bhr. — ἠρήμωτο VI, 22. cum Wesselingio revocari iubet Lhardy p. 20., quae scriptura probatur etiam Bredovio p. 300. atque recepta est a Bkk. (2.) et Dind. ἐρήμωτο Gsf. Matth. Bhr. Schwghs. Bkk. (1.). — Iure incursabis in Dindorfium, qui VII, 21. προηγτοιμάζετο et VIII, 24. προετοιμάσατο dedit, quorum non nisi προετοιμάσατο Herodoteum esse cum Bredovio p. 298. censeo. In medio rem reliquit Lhardy p. 21. — ἧψε I, 48. et ἥψησε I, 119. Dindorfius suo ipse periculo invexit pro ἕψεε et ἕψησε. Atqui I, 188. ἀπεψημένου nullam ei creavit molestiam. Vix spero huius conatus veniam viro doctissimo aequos censores concessuros esse. In vulgata ἕψησε acquiescendum esse iudicat Bredovius p. 298., ἕψεε autem non ab omni parte a mendae suspicione esse liberum legendumque ἕψε, cf. p. 369. Lhardyo nulla corruptionis suspicio orta est p. 21., neque equidem quidquam turbare ausim. ἕψεε formae firmandae erunt fortasse loci Hippocratei. Nam Cous ille adamasse videtur ἑψεῖν, cuius contracti verbi vel plurima vestigia reperiuntur, veluti I. p. 473. καθεψοῦσα (fortasse scribendum κατεψοῦσα*)), p. 691. ἑψῶνται, ἑψῶντα (lege ἑψοῦντα vel ἕψοντα), p. 699.

---

*) Menke (*d. Aphorism. des Hippokrates*) in talibus tenues litteras pro aspiratis revocavit atque ξυν pro συν scripsit.

συνεψεῖν (lege ξυνεψεῖν). p. 728. ξυνεψοῖ, II. p. 41. ἑψεῖν id. p. 98. — p. 242. ἑψῶν bis id. p. 246. — p. 271. ἑψεῖν bis. p. 285. ἑψῶν. p. 321. ἑψεῖν. ἑψῶν. p. 323. ἑψῶν. id. p. 324. all. — Quamquam vulg. I. p. 536. ἕψειν bis, p. 538. ἑψόμενον et ἑψόμενα, p. 539. ἀφέψεσθαι (lege ἀπέψεσθαι), p. 577. ἑψομένου. p. 578. ἑψομένων. p. 676. ἕψηται. II. p. 98. ἕψε. p. 241. ἕψοντα. p. 315. ἕψεται, ἕψει, ἕψε all. — Sed II. p. 77. ἀφεψημένον (leg. ἀπεψημένον) exstat, quocirca I. p. 590. καθήψησαν in καθέψησαν vel potius κατέψησαν mutandum videtur. — Kruegerus (*Gr. Spr.* I, 1. p. 164.) unde resciverit Herodotum ἥψημαι I, 188. ἡψήθην IV, 61. dixisse, equidem non intelligo; nam ibi ἀπεψημένον et ἑψηθῇ leguntur*). — Optimo tuentur iure Lhardy p. 22. Bredov. p. 299 sq. augmentum verbi φέρειν, quod recte posuerunt Dind. Bkk. (2.). Fugit Lhardyanam ἀκρίβειαν locus V, 99. συνδιήνεικαν. Dindorfius II, 121. libris *S. V.* auctoribus ἀνηνεῖχθαι scripsit. Vulg. exstat ἀνενείχθη, sic Bkk. (1.), ἀνενεῖχθαι Schaef. Schwgh. Gsf. Matth. Bhr., ἀνηνείχθη Bkk. (2.). Lhardy pro ἀνηνείχθη scribi mavult ἀνενηνεῖχθαι, ita ut infinitivus perf. a particula ὡς dependeat, quam dicendi rationem Herodoto acceptam locis ex eodem collatis comprobare studet p. 22. Hanc quidem lectionem, ut recte animadvertit Lhardy, commendare videntur codd. *S. V.*, quamquam ἀνηνεῖχθαι corruptum esse reliquorum locorum similitudo docet. Ceterum etiam ἀνηνείχθη ferri posse nemo negabit. Sed ἐξενηνεγμένος IX, 72., quod dedit Dindorfius, ab indoctis librariis profectum est, id quod alia inoffensa et indubitata ἐσενηνεῖχθαι IX, 41. κατενηνειγμένην II, 12. ἐξενηνειγμένα VIII, 37. luculenter testantur. Solus Bkk. (2.) suadente Lhardyo ἐξενηνειγμένος correxit. — Olim editores ἀπελόμεθα V, 91., quod Dind. et Bkk. (2.) in ἀπειλόμεθα recte mutarunt; cf. Lhardy p. 17. Bredov. p. 306. — Perperam scriptum exstat in veteribus exemplaribus VIII, 131. ἐγείρατε et ἐξεγέρθη I, 209. Dindorfius, qui ἠγείρατε correxit, non, ut boni medici est, ἐξεγέρθη sanavit; cf. Lhardy. p. 18. Bred. p. 300. — Vulgo olim legebantur hic illic formae istae Homericae ᾔεν, ᾔε, ἔην, quas unus alterve codex praebet, sed eas ex epicis scriptoribus a librariis perverso epicarum formarum studio illatas esse Herodoto editores mox intellexerunt. Iusserat eas exstirpari iam Struvius, quaest. spec. I. adn. p. 20. p. 37. Illius vero ἔην molesta quaedam hereditas vel ad Bekkerum (1.) venit, VII, 143., qui nunc eandem repudiavit; cf. Lhardy. p. 22 sq. Bredov. p. 403 sqq. In simplici verbo ἔσαν legitimam formam esse, in compositis penultimam producendam esse existimat Lhardy p. 23. Multo mihi probabilius Bredovius p. 405 sq. videtur his de formis disputasse. Disserit enim p. 406. hunc in modum: „Nam praeterquam quod nulla iusta appareat causa, cur simplicis aliam quam compositorum fuisse scripturam statuamus, neque apparet, cur Herodotus prosa oratione usus poeticum ἔσαν, apud Homerum, Pindarum, Theocritum poetas obvium, admisisse censendus sit, etiam codices Mss. alii, ubi alii ad poeticum ἔσαν aberrarunt, verum ἦσαν servant, ita ut nullo fere loco scriptura ἔσαν

*) Cf. tamen Krueger. II, 1. p. 121.

omnium librorum auctoritate muniatur, sed ἦσαν plerumque, si quidem silentium collatorum pro consensu habendum est. Atque in Homeri carminibus non solum simplex ἔσαν poetice per ε̄ scriptum invenitur, sed etiam composita ἄπεσαν, ἔνεσαν, ἔπεσαν, πάρεσαν, quam compositorum scripturam ab Herodotea dialecto fuisse alienam omnes et scribae et editores haud obscure significarunt, et ipsa Herodoti dicendi ratio evincit. Ut igitur Herodotus non ἴσαν pro ἤϊσαν ex sua dialecti ratione dixit, sic neque ἔσαν pro ἦσαν", — coll. p. 408. Krueger. II, 1. a. 9. p. 98. ed. II. Corrigendi fortunam passim expertus est H. Apetzius (ad I, 31.), verum circa paucos locos substitit. Neque ultra vulgatam progredi ausus est Dindorfius. Constanter Bekkerus (l. 2.) in simplici verbo ἔσαν scripsit, in compositis ἦσαν. Illud vero περιέασαν, quod in cod. *S.* exstat IX, 31., dum reliqui libri περίεσαν exhibent, manifeste vitiosum est corrigendumque περιῆσαν, quod Dind. Bkk. (2.) posuerunt. Lhardyo quidem p. 23. περιέασαν verior forma videtur, malle se autem corrigere ait περιῆσαν, quum tricies contracta forma legatur, soluta vero semel et in uno codice. Innuere video Bredovium p. 404. Hippocratem aliosque recentiores Iones prosae orationis poeticum ἔη sibi sumsisse videri. Hoc nego. Namque tot loci Hippocratei ᾖ optimorum librorum consensu praebent, ut ἔη probare nefas duxeris. Vide modo Menke (*d. Aphorism. des Hippokrates*) p. 2. 4. 9. 15. 16. 17. 20. 22. 31. 33. 34. 37. 39. 40. 43. 57. 80. 81. 82. 83. Itaque ἔη, qua forma vulgatam scatere vel primus adspectus docebit, ubique in ᾖ corrigendum videtur. — ἐρωτεώμενον I, 86., quod apud Matth. Bhr. Bkk. (1.) legitur, nullius fidei esse satis docuit Lhardy p. 24., εἰρωτεώμενον scripserunt Dind. Bkk. (2.). Emendavit Lhardy p. 21. de form. contr. εἰρωτώμενον. Pari modo ἐπειρησομένους I, 174. pro vulg. ἐπερησ., quod vel Dindorfius reliquit, scribendum est. Sic Bkk. (2.) monente Lhardyo p. 24. coll. Bredov. p. 148. — ῑ porro vindicandum est formis ἐνειλιξάμενος II, 95. διεξειλίσσουσι IV, 67. Corrigendi onus non sustinuit Dindorfius, vulgatam loco movit Bekkerus (2.). — ἔοικε formam, quum toties reperiatur, tacentibus de altera οἶκε codicibus, non facile ab Herodoto abiudicari posse arbitratur Lhardy p. 24. Tali autem modo variatam esse scripturam a nostro vix facile tibi persuadeas. Itaque οἶκε, οἰκός, οἰκυῖα etc. formas solas Herodoteas esse Eustathii quoque testimonio ad Hom. Od. XII, 79. p. 1714. confirmatas contendo. Idem sentiunt Bredov. p. 194 sq. Dindorf. Ind. s. v. coll. Schwgh. Lexic. Herodot. T. I. p. 186. Bekk. (2.) a vulgata ideo non recessit, quod Lhardyum viderat οἶκε etc. addubitantem. Utrum eandem dicendi rationem atque Herodotus persecutus fuerit Hippocrates, quominus recte vereque explanetur, iniqua obstat librorum sors. Kuehnius quidem, qui in rebus criticis nihil laborat, ἔοικε etc. ad multiplicis corruptionis exemplaria scribit. — Ut ἔοικε etc., ita εἰώθασι, εἰώθεσαν librariorum sunt pro genuinis Herodoteis ἐώθασι, ἐώθεσαν; cf. Bredov. p. 302. Lhardy p. 12 sq. Dindorf. Ind. s. v. Apud Hippocratem communis forma in vulgata legitur, neque ex varietate lectionum, quas Littré negligenter

consarcinavit, textui multum praesidii paratur. Atqui Menke suo ipse imperio *εἴωθε(ν)* apud Hippocratem expunxit (*d. Aphorism.* p. 10. 13. 27.).

Quam emendandi rationem si quis usu commendari dixerit, is *οἶκε*, *οἰκός* alia Hippocrati restituenda esse profitebitur. Assentior Bredovio p. 318. augmentum verbi *ὁδοιπορέειν* damnanti, atque videndum verene dixerit Hippocrates T. II. p. 102. *ὡδοιπόρησεν*. In contrariam abiit sententiam Lhardy p. 25., cuius ex auctoritate Bkk. (2.) IV, 110. IV, 116. VIII, 129. augmentum praefixit, quod a Dindorfio quoque receptum video. Recte tamen iidem *ἀπώμοσε* VI, 65. *ἀπώνητο* I, 168. *ὡπλισμένοι* VII, 79. *ὥπτησε* I, 119. *ὤρυσσον* II, 150. (*ὄρυσσον* Gsf. Bhr. Bkk. (1.)); cf. Lhardy. p. 25 sq. Bredov. p. 306 sq. Merito a Dind. et Bkk. (2.) non auditi sunt libri *S. K. V. F.*, qui *ὀρχήσατο*, *ὀρχέετο*, *ἀπορχήσατο* vel ipsi male constantes praebent, cf. Bredov. p. 307. Lhardy p. 27. — *ὤφελον* I, 111. (falsus est Lhardy p. 27. citans I, 113.), quod librorum *S. V.* auctoritate nititur cuiusque testes III, 65. *S.* c. collaudantur, solum Herodoteum esse credimus Lhardyo p. 27. coll. Krueger. (*Gr. Spr.* II, 1. p. 136.). Vulgatum *ὄφελον* pluribus defendere conatus est Bredovius p. 308., non tamen ita, ut ad suum me ille iudicium avocare possit. Dind. Bkk. (2.) *ὤφελον* exararunt. — Ad formarum *ἕψεε* I, 48. *ἐνείχεε* I, 118. similitudinem Baehrius VIII, 26. *ὤφλεε* Herodoto vindicavit. Egregie fallitur. Nam quum *ἐνεῖχε* et fortasse *ἕψε* scribi oporteat, tum *ὦφλε* amplissimos testes habet. Hoc recte Dind. Bkk. (1. 2.) scripserunt; cf. Lhardy. p. 27. Bredov. p. 307. Krueger. *Gr. Spr.* II, 1. p. 136. — Integrum reliquit Lhardy p. 27., utrum *ὀχέετο* I, 31. an *ὠχέετο* (sic c. e.) rectius fingatur. Illud quidem vulgo et apud Matth. Bhr. Bkk. (1.) legitur, *ὠχέετο* Dind. Bkk. (2.) receperunt, quibus assentior. Eadem est Bredovii sententia p. 306.

Pro *ἐξόγκωτο* VI, 125., quod cum *S.* olim Bkk. (1.) edidit, et pro *ἐξογκωμένοι* VI, 126., quod idem scripsit, rescribendum est *ἐξώγκωτο*, *ἐξωγκωμένοι*, quas formas editiones Dind. et Bkk. (2.) praebent. In iisdem suspectum illud *ἐξόρκωσε* IV, 154. expulsum refictumque est *ἐξώρκωσε*. Merito etiam *προσορέγοντο* VII, 6. loco motum est a Matth. Dind. Bkk. (2.), qui duce Wesselingio *προσωρέγοντο* emendarunt; conf. Lhardy. p. 27. Bredov. p. 306. — Quod in verbo *ὑποπτεύειν* librarii augmentum appinxerunt, neutiquam ferendum est; cf. Lhardy. p. 12. p. 27 sq. Bredov. p. 317. Quid rei agatur quum Dindorfius non perspexerit, perperam ubique augmentum posuit; male docti etiam Matth. Bhr. III, 44. *ὑπώπτευσε* et III, 68. 70. VI, 129. *ὑπόπτευσε*, *ὑπόπτευον*, *ὑπόπτευσε* scripserunt. — Cum Bredovio p. 317. *ἐπιόρκηκε* IV, 68. legitimum duco; *ἐπιώρκηκε* praefert Lhardy idque Dind. Bkk. (2.) exararunt. — Verborum a diphthongo $\overline{οι}$ inductorum rationem quum Bredov. p. 311 sq. Lhardy p. 28 sq. perdiligenter scrutati sint, altioris quaestionis labore supersedere possumus. Sufficit monuisse I, 157. Dindorfium *ᾤχετο* male tuitum esse. $\overline{οι}$ diphthongum servasse etiam Dorienses nos edocuit Ahrens. de dial. dor. p. 286. coll. Krueg. *Gr. Spr.* II, 1. p. 83. Neque augetur $\overline{οι}$ apud Hippocratem, conf. I. p. 23. *διοικεῖτο*; quare vehementer dubito,

παρῳχημένος I. p. 15. *φήθησαν* I. p. 39. *ἀνῴδηνε* II. p. 30., alia, quin recte sese habeant. — *ἄνοιξα, ἄνοιξε, ἄνοιξαν*, quae Herodoto iure vindicantur, cf. Lhardy. p. 29. Bredov. p. 314., apud Hippocratem non leguntur. Namque hic ex Atticorum more dixit *ἀνεῴγασιν* I. p. 488. *ἀνέῳξε* I. p. 693. *ἀνεῴγασι* II. p. 337. all. — Verborum cum *ᾰ* incipientium, quod genus in *ἄγειν* et aliis, quae poetis tantum cum Herodoto communia dicuntur, supra annotavimus, augmentum legitimum esse nunc non ambigitur. Quam ob rem Dind. Bkk. (2.) *ἠγάλλετο* IX, 109. vel contra fidem librorum *P. S. V. F.* bene receperunt. Dindorfius autem I, 21. *ἐξεγγέλθη* male scripsit, quod nisi typothetis male lippis, quum ceteris locis augmentum scriptum exstet, excidisse credideris, suae ipse levitatis culpam sustineat vir doctissimus. Apud Dorienses quidem *α* verbi *ἀγγέλλειν* in *ᾱ* producitur; cf. Ahrens. de dial. dor. p. 299. Iure carpseris etiam Dindorfium, quod I, 22. *προαγόρευε* cum reliquis editoribus praeter Bekkerum (2.) exaravit, dum IX, 89. *ἐξηγόρευε* recte scribit. Recte tamen ille *συνήλισε* I, 125., cui favet Bredovius p. 292. Haec tamen forma Lhardyum non habet defensorem. Is enim alicubi mendum haerere persuasum habet, cui quam facillime medela paretur, si pro *συνάλισε καὶ ἀνέπεισε*, ut vulgo legitur, scribatur *συναλίσας ἀνέπεισε*, vel *συναλίσας καὶ ἀνέπεισε*. Neutro me fateor adduci ut credam. Obtinuisse autem augmenti omissionem in perfectis huius verbi temporibus inter Lhardyum p. 33. et Bredovium p. 292. nihil est controversiae. Vestigia codicum, ubi augmentum harum formarum frustra quaeras, si sapienter persecutus esset Dindorfius, IV, 118. V, 15. VII, 172. VII, 208. augmentum non inculcasset. Falsum, ut videtur, habuit eum forma *ἡλίσκετο* II, 174., quod recte pro *ἁλίσκετο* cum Bkk. (2.) refixit. — In compositis verbi *ἀλλάσσειν* quum, quod augmentum attinet, magna sit librorum discrepantia, nihil liquido pronuntiare audet Lhardy p. 33 sq. Enucleate Bredovius p. 293 sq., cuius verba adscribere iuvat: „Porro *ἀπήλλαξε* I, 16. V, 63. VIII, 68. *κατήλλαξαν* V, 28. 95. bis. *ἀπηλλάχθησαν* VIII, 18. *ἤλλακτο* II, 26. *ἀπηλλαγμένον* I, 60., quae omnia quum istis in locis ex fide omnium librorum recte posita esse videantur, tamen II, 144. *ἀπαλλαγμένους* vulgatum est, ubi quidem codd. *S. V.* *ἀπηλλαγμ.* praebent; et II, 167. *ἀπαλλαγμένους* omnes praebuisse videntur, neque aliter nostris in editionibus habetur. Verumtamen nulla mihi quidem iusta causa apparet, cur illic *ἀπηλλαγμένον* hic *ἀπαλλαγμένους* apud unum eundemque Herodotum tolerari posse dicamus, nulla, cur non etiam hic *ἀπηλλαγμένους* utrobique rescribamus. Et vulgata *ἀπαλλάχθη* II, 152. *ἀπαλλάχθησαν* VI, 40. ex analogia supra positi *ἀπηλλάχθησαν* mutanda esse censeo; quod *ἀπηλλάχθησαν* V, 65. iam ab Ald. Wessel. aliis pro *ἀπαλλάχθησαν* nunc cum codd. *S. V. F.* male vulgato receptum erat, et VI, 45. *ἀπηλλάχθη* cod. *S.* et alii habent pro *ἀπαλλάχθη* nunc vulgato. Sed in imperfecto tempore *ἀπαλλάσσετο*, *καταλλάσσετο* nunc ubique nostris in exemplaribus hoc verbum sine augmento scriptum cernitur, et duobus tantum in locis pro sic vulgatis contraria e solo cod. *S.* enotantur: III, 4. *ἀπαλλάσσετο* vulg. *ἀπηλλ.* *S.* VIII, 75. *ἀπαλλάσσετο* vulg. *ἀπηλλ.* *S.* — Sed I, 17. *ἀπαλλάσσετο*, cf. 61. bis. 82.

82. 152. III, 25. 56. IV, 78. 156. 164. 203. V, 34. 51. 64. 65. 75. 101. VI, 86. 108. ἀπαλλάσσοντο vulg. VII, 142. 210. 219. VIII, 114. 121. 130. 137. 144. IX, 12. 47. 49. 52. 55. 77. 80. Quibus omnibus in locis quum nullum augmenti vestigium appareat, atque ut duobus quibusdam in locis pro imperfecto praesens tempus quosdam codices e causa omnibus nota substituisse vidimus, sic II, 139. pro vulgato ἀπαλλάσσεται in Aldin. et codd. *S. F. c. d.* ἀπαλλάσσετο habeatur, necesse esse videtur, ut hoc in tempore atque hac in notione suo iure Herodotum augmentum omisisse statuamus." Dindorfius, qui in tempore imperfecto augmentum deleri iussit delendumque curavit, VIII, 75. ἀπηλλάσσετο haud intelligenter scripsit. Bkk. (2.) iudicio Lhardyi aliquantum oneratus a vulgata recedere religioni duxit. Dorienses autem α verbi ἀλλάττειν neglecto augmento in ᾱ producere tradit Ahrens. de dial. dor. p. 299. Apud Hippocratem quidem nihil sane eiusmodi legisse videor; obtinuit enim vulgo augmentum, cuius necessitatis nec equidem suasor sum neque dissuasor. — Auctore Lhardyo p. 34. ἠνδραποδισμένους II, 119. correxit Bkk. (2.), quod idem scripsit Dindorfius. Perperam ἀνδρ. Matth. Bhr. Bkk. (1.); cf. Bredov. p. 295 sq. — De verbi ἀνδροῦσθαι augmento non statui posse existimat Lhardy p. 34., quum ter legatur et semel quidem cum augmento ἠνδρώθη IV, 155., bis sine augmento ἀνδρώθη III, 3. ἐξανδρωμένον II, 64. („an ἐξανδρεύμενον? cf. I, 123. Κύρῳ δὲ ἀνδρευμένῳ κ. τ. λ. Lhardy"). Etsi de ἠνδρώθη III, 3. nulli, ut videtur, codices loquuntur, dubium tamen vix erit eligendi cui detur potestas, quin hoc praeferat alteri ἀνδρώθη. Habet etiam Bredovium p. 295. ἠνδρώθη laudatorem. Numne ἐξανδρεύμενον, quod II, 64. Lhardy suspicatus est, omnes veritatis numeros ac vim habeat, viderint alii. Hoc saltem qui vel sine comparatione illius loci spectaret, non diceret sensu cassum. — ἤνετο, quod vulgo I, 189. VIII, 71. legitur, profectum esse autumat Lhardy p. 35. a scribarum conatu orationi Herodoteae epicas formas obtrudendi. Accedere, quod, si verbo ἄνεσθαι usus esset Herodotus, non ἤνετο dixisset ille, sed ἄνετο. Praefert igitur scripturam a cod. *S.* aliis praebitam ἠνύετο, quam adoptavisse video Bekkerum (2.). Cuius iudicium perbene confirmatur usu Herodoteo; nam nostro nonnisi ἀνύειν usu venit. Hac eadem coniectura facile ducimur ad suspicandum ἀνομένῳ VII, 20. (*S.* ἀναισιμομένῳ, *b.* ἀνυμένῳ) depravatum esse ex ἀνυομένῳ. Bredov. p. 297. ἤνετο tacite adscripsit. — ἠντίαζον I, 166., quod emendarunt Lhardy p. 35. Bredov. p. 295. scripsitque praeter Bekkerum (2.) nemo, probatur mihi et probabitur iis qui intelligunt. Bene revocavit Dindorfius augmentum verbi ἀπειλέειν excepto tempore perfecto pass. ἀπειλημένον II, 141., quippe cuius sit alia ratio. Idem existimat Bredov. p. 295. Lhardy autem p. 36. non ante corrigere audet, quam paulo accuratiorem codicum collationem habeamus. Quamquam et ipse fatetur nullam se videre caussam, cur hae formae augmento careant. Plurima sanavit Bkk. (2.), sed ἀπείλεον III, 77. ἀπείλεε IV, 81. VI, 37. VI, 75. scripta reliquit. — Vulgo ἀρέσκετο IX, 66. a Bekk. (2.) et Dindorfio in ἠρέσκετο recte mutatum est; iidem ἠριθμέετο pro vitioso ἀριθμέετο VI, 11. scripserunt. cf. Lhardy. p. 36. Bredov. p. 295. — Ut ἀμμένης

I, 86. ἐπαμμέναι I, 199. ἀπαμμένους II, 121. ἐναμμένοι VII, 69. ἐπαμμένους VIII, 105. neque minus ἄφθη, ἄφατο I, 19. ἅπτοντο, ἀνάπτοντο III, 131. ἅπτοντο V, 16. 92. VI, 70. VII, 125. et in alteram partem ὑπῆψαν I, 176. συνῆπτο VI, 93. VII, 158. munita esse videntur, ita neque ἁρμοσμένου II, 124. 148. συναρμοσμένων I, 163. ἁρμόσται III, 137. neque ἡρμόσατο V, 32. improbanda sunt. cf. Bredov. p. 292. et p. 294. — Plerique editores II, 45. κατάρχοντο exararunt, recte a Bkk. (2.) in κατήρχοντο mutatum. Dind. vulgatam recepit, sed V, 51. VI, 75., ubi vulg. ἄρχετο exstat, ἤρχετο correxit cum Bkk. (2.). Cod. S. utrobique praesens tempus praebet, quod Lhardy p. 37. ponendum censet, nisi ἤρχετο scribere malis; cf. Bredov. p. 294 sq. ἄρξατο doricum est, cf. Ahrens. de dial. dor. p. 299. — ἡσπάζοντο I, 122. quin recte dederint Bkk. (2.) Dind., nemo dubitabit; cf. Lhardy. p. 37. Bredov. p. 295. Contra speciose se tuetur ἐξαιρέθησαν VII, 106., quod pro ἐξῃρ. vulg. emendarunt Lhardy p. 38. Bredov. p. 309. Id solus Bkk. (2.) posuit. ἐπήροντο IV, 130. ἐξήρετο VI, 133. ab indole sermonis Herodotei abhorrere et in ἐπηείροντο, ἐξηείροντο mutanda esse perbene viderunt Lhardy p. 38. Bredov. p. 193. et p. 298. Nam ἀείρειν neque αἴρειν quum noster dixerit, ex deformitate has formas in integritatem vindicatas esse nemo negabit; coll. Lobeck. Ῥηματικ. p. 138. — In omittendo verbi αἰτέειν et composit. augmento editores perstiterunt, neque dubium est αἴσθετο VII, 220., quod pro ᾔσθετο Lhardy p. 39. Bredov. p. 310. scribi iubent, quin existimantium arbitrio probetur. Editorum nemo αἴσθετο correxit. — Optime etiam stat Bredovii p. 310. et Lhardyi p. 7. emendatio προαιδέατο I, 61., qua vitiosum προῃδέατο, quod vel Dind. et Bkk. (2.) scriptum reliquerunt, expulerunt; vide supra. — In verbis cum $\overline{αυ}$ diphthongo incipientibus magna licet sit librorum in utramque partem fluctuatio, tamen augmentum tolli praestat; cf. Bredov. p. 310. Lhardy p. 39. aliis curam decernendi reliquit. αὖδα II, 57. Bkk. (1. 2.) scripsit, perperam a Matth. Bhr. Dind. in ηὖδα mutatum. Nec melius ferendum est ηὐδάξατο V, 51., quod custodivere omnes editores. Repone porro cum Bredovio ἐξαύηνε pro vulg. ἐξηύηνε IV, 173., αὔξον VIII, 30. IX, 31., αὐξήντο V, 78. — αὔξετο recepit Dind. VI, 63., qui ηὐξάνετο V, 92. (F. vulg.) immerito pro αὐξάνετο (S. V. Gsf.) scripsit. Recte tamen hic cum Bkk. (1. 2.) praeeunte Gaisfordio αὐτομόλησε III, 160. pro mendoso ηὐτομόλησε, quod apud Wessel. Bhr. Matth. legitur. Diphthongum $\overline{αυ}$, $\overline{αι}$, $\overline{ευ}$ et $\overline{ου}$ in doricis quoque exemplis servandam esse tradit Ahrens. de dial. dor. p. 299. Ex severiore Atticismo fluxerunt ηὗρεν, ηὔλησε, ηὑρέθη, quae formae in titulo Marm. Par. C. I. Vol. I. n. 2374. comparent.

Haec in praesens sufficiant. Consulto omisimus verba, quorum de augmento inter omnes satis constat, ne in repetendis quae alii affatim exornarunt oleum videamur et operam perdidisse.
